lectas: & saepe laudatas: nunc tandem in extremis casibus meas facere ipsa inequitabilis fati nece ssitate didici. Dulce mihi colloquium tecum fuit: cupideq; & quasi de industria protractum. uultum enim tuum rettulit: per tor terras & maria: teq; mihi presentem fecit usq; ad uesperam: cum matutino tempore calatum cepisse. diei iam & epistola finis adegit. Hæc igitur tibi frater: diuersicoloribus (ut sic dicā) liciens texta dicauerim. Cæterum si stabilis sedes & frustra semper quæ situm ocium contigerit (quod iam hinc ostendere se incipit) nobilio rem & certe uniformem telam tuo nomine meditor ordiri. Velle ex his paucis esse: qui famam promittere possunt & prestare. sed ipse uia propria in lucem uenies: alis ingenii subiectus: nihilq; auxili mei egenis profecto. tamen si inter tot difficultates assurgere potuero. tuoli ydomeneus. tu Attichus. tu Lucilius meus eris. Vale.

Franciscus Petrarcha. Thomæ Messanensi. S.P.D. Famā ante obitum nō esse appetēdā: cum ea nobis uiuētibus minime possit acquiri:

Værelā publicam nemo sapiens suam facit: Satis quisq; priuataq; quærelaꝝ domi habet. satis dixi. nimis dicere debue ram. Nulli ne hoc unquā accidisse reris? falleris. Nulli uero contrarium accidit. Vix superstite qui fecerat: cuiusqua scripta: uel gesta placuerunt. laudes hoium mors inchoat. Scis quare? quia cum corpore moritur inuidia: uiuitq; cū corpore. Multorum inquis scripta laudantur. quæ si gloriari licet. nō pergis ulterius: sed (qui indignationib; mōs est) suspensum linquens auditoris animū sermone præter uolas inexplero. Verum eniuero fugientē cōsequor mētis augurio: scio quid uelis. Multorum scripta laudātur: quæ tuis admota: carere nō tantū laudatore: sed etiam lectorē debuissent: cum tua interim nullus attingat. Recognolce in uerbis meis indignationē tuā: quæ iusta es: nisi illā de cōmuni omnium acerno: in usus proprios traduxisses. omnium inquā quoſ hic scribendi seu amor seu morbus tenuit oīum ue quoſ tenebit. Respice enim in primis quorum sunt illa quæ laudātur. quere auctores: certe pridē in cinerem uersi sūt. Vis & tua laudari? Laudē nō morere. A morte hominis uiuere incipit humanus fauor: & uitæ si nis principium est gloriæ: quæ si ante ceperit: singularius quedā: & intempestiuā res est. plus dicam dum eorū qui tecū uixerunt: quisquam superfluerit. cumulate quidem quod appetis nō habebis: cū omnes patiter urna concluserit: uenient qui sine odio: & sine inuidia iudicent Ferat itaq; de nobis quālibet sententiam presens ætas. si æquā: feramus

Inuidiam
cū corpor
re & uiu
re & iterire

Laudē nō
nisi post
mortē af
seq posse:

Famæ ini **æ**quo animo. si iniqua ad equiores iudices: hoc est ad posteros prouocemus. quando ad alios nō licet. Delicatissima res est iugis cōuersatio. minimis offēditur: & famæ semper inimica p̄sentia ē. multaq; ad-
micā eē p̄ miratōi hoium familiaritas detrahit: frequēsq; cōuictus. Vides ne tu
sentiā. hos scolaisticos? genus hoium uigiliis ac ieunio s̄q; illidū. crede mihi:
Nihil ad lucubrandū durius. nihil mollius ad iudicadū cū multa labo-
rio lissime legerit. Nihil exāināt: & qd i re sit d̄dignātur iq; re cū hoīem
ip̄m nosse uideātur. itaq; oīum una lex ē. Cūcta enī ex æquo quorū au-
tores: uel semel aspexerint: scripta fastidiunt. Hoc inquies paruis
accidit Ingeniis. magna enī & ualida per obstātia quelibet erumpunt

Nemini ī uidos: ac d̄ tractores deesse: ati quoꝝ scri ptoꝝ exē plo. Redde mihi pithagorā: reddā tibi illius ingēii cōtēptores. Redeat in greciā plato. Renascatur homerus: reuiuiscat Aristoteles. Reuertatur in italiā Varro. Resurgat Liuius. Reflorescat Cicero. nō modo segnes laudatores inuenient: sed mordaces etiam & liuidos detractores: qd̄ quisq; suis téporibus expertus est. Quid uergilio maius habuit ligua latina? Repperit tamē ille: qui non poetam: sed raptorem alienarum inuentionū: & translatorem dicerent. Ipse aut & ingenii fiducia: & iudice fretus Augusto: alto aio iuidorū uerba d̄spexit. Tibi qdē magnā ingenii consciētiā esse scio. sed ubi Augustū iudicē inuenies? quem enixe admodū: atq; oībus modis ingenii sui téporis sauisse cōpertū

Attende
ignauiam
horum té-
porum. etiam admodum atq; oib; modis ingenii. Ita te poni asseco copia
est. Nostri reges de saporibus epularū : & de uolatu avium iudicare
possunt. de ingenis hoīum nō possunt. quod si forte præsumperint:
superbie tumor: aperire oculos: aut flectere: & in uenim figere non si-
nit. Itaq; nequid suæ ætatis suspicere uideantur: miratur Veteres. quos
nouere cōtemnūt. ut defunctorū laus: uiuentiū cōtumelia nō uacet.
Inter hos iudices uiuendum: moriendūq; nobis est. & (quod ē durius)
tacendum. Vbi enī ut dixi Augustum iudicē queremus? Vnum habet
Italia: imo uero terrarum orbis unū habet. Robertum siculum regem:
fortunata Neapotis: quæ unicū sæculi nostri decus: incōparabili felici-
tate sortita es. Fortunata inquā & inuidiosa Neapolis litteratum do-
mus augustissima. quæ si Maroni quōdā dulcis uisa es. quāto nūc dul-
cior uidereris: ubi ingeniorū ac studiorū equissimus extimator habi-
tat. Ad te cōfugiat quisquis ingenio fidit. Neq; uero differendum pu-
tet: suspecta mora est: deuexa enī est ætas & mundus iam pridē eo ca-
rere: & ipse ad meliora regna transire: meritus. Vereorq; ne multa ipse
mihi seræ penitentiae materiā prolatādo quesierim. oīs quidem pul-
chre rei dilatio turpis & oīs de honesto deliberatio longior inhone-
sta est. rapienda est occasio cōfestimq; faciendū: quod ante tempus fie-
ri nō potest. Quod ad me attinet: currere & properare propositum est
(ut quod de Iulio Cæsare: in epistola quadam ait Cicero) omnia mea

studiā in istum conferam. Ego uero ardentī quidem studio: ac for-
 tasse æfficiā: quod sæpe uiatoribus: cū pperat euēnit. ut si serius quam
 uoluerit forte surrexerit: pperādo etiā citius: quā si de nocte uigilasset
 pueniat quo uelint. Sic ego quoniā in isto hoīe colēdo: tā indormiui
 diu: cursu corrigam tarditatem. Tibi autem tuo foro uti neceſſe eſt.
 quādo ad eū regē: aspirare nō tā freti: quā bellī obice phiberis. Patria
 enī tua: cuius nemo amātor ciuis eſt: inimici regis impio ſubiacet. Di
 cerē Tirāni: niſi quia timeo aures tuas offēdere. Ad hæc & magna reſ
 eſt. n̄ eq̄ nostris calamis diſcernēda: ſed illorū gladiis. Igitur ad in-
 ceptū redeo. Si hæc tibi exēpla de illuſtrissimis eleſta nō ſufficiunt
 alia ex alio grege hoīum adiiciam: & ætate recentiora: & iactitate cla-
 riſſima. Quantos oī emulos Augustinus noſter: quātos Hierony-
 mus: quātos habuit Gregorius: donec ſpectata uirtus & litterarū diui-
 na: & admirabilis ubertas iuidiā uinceret? Vix horū quisquā integrū
 famæ p̄coniū: niſi ab ipſo die mortis accepit. Vnū emulo ac rephen-
 fore carēte: unū plena & idecepta laude decoratū Ambroſiū: cuius ne
 ī uētis qdē famā mordax liuor attigerit: apud quosdā iuēio: qd̄ forte
 ad purā eius ac ſiplicē doſtrinā oīs abigui exptē referendū ē. nā apud
 Paulinū q Ambroſii uitā: & obtrectatoꝝ eiū noīa legimus & uideſtā di-
 uino iudicio irrogatā. pſer iigitur iā ſine lāmētiſ: quod ſūmis ingeniis
 cōtigiffe uides. Videris autē qdā ī parte tuarū litterarū: hoc ipsū cō
 qri. quod multos noueris magnū ī uita nomē aſsequutos. & hoc quo
 q̄ ſi me audire uolueris: magnifice cōtēnes Scis enī quibus hoc euēit? Cicero ī ſe
 his eqdē ſolis: q famā ſuā: quoniā calamo nequeū clamore defēdūt cūdo de ſi
 Aſpice iſtoſ purpuratoſ: qui ingenti ſtrepitū: populoſu in ſe ora cōuer nibus bo-
 tūt: qui ſe ſapiētes dici uolūt. & quos ſapiēteſ uulgus appellat: ſingulif noꝝ & ma-
 ciuitatib⁹ aſcribēſ ſapienſu greges. cū tamē illa florenſi oī ſtudiorū loꝝ de epi-
 mater grecia: nō amplius quā ſeptem ſapienſu nominib⁹ glorietur. curi abitō
 quod ipsū poſteri ipotune nomeñ arrogantiæ uifū eſt. Sed qui eos ne & ſuper
 excuſat: aiunt non id eis cognomen proprio iudicio: ſed populoſu bia memi-
 ſuſfragiis obtigiffe. Vnuſ ex oībus ſaculif: Epycurus: ſapiēte ſe proſu nit: cui cau-
 teri ausuſ intollerāda ſupbia: ſeu potius ridiculosa demētia: cuiuſ ſe ſi dicoꝝ in
 cūdo de finib⁹ bonoru & maloru meminit Cicero. hodie in noſtro ſolentiam
 rū cauſidicoru grege furor ille uulgaris eſt. Respice: & hof qui ī alterca .F r. P. ade-
 tionib⁹ & cauillatiōib⁹ dyaleticis totū uitæ tempus expēdūt. ſeq̄ in quat: Dia-
 anibus ſēp qſtiūculiſ exagitāt. & pſagiū meū de oībus habeto. Oium leſticoꝝ: q̄
 nempe cū iſlis ſama corrueſ. Vnūq; ſepulchrū nomini oſſib⁹ ſuſridiculas
 ſiciet: cum enim mors frigidam linguam ſtare coegerit. non modo ac uerbo
 ut ſileat neceſſe ē. ſed ut de hiſ etiā ſileatur. poſſe exēpliſ affluere: teq̄ ſaſcōten-
 iſum ī multis testē ſacere. quod loq̄iſſimaf picas agnouimus: in ocu- tiones:

lis insanæ multitudinis perstrepentes quorum repente nox cecidit: ni
 si longa & apud quosdam superstitem odiosa forte narratio esset
 Sed de his & saepe alias: & nunc quod res ipsa poscebat diximus:
 Neq; enim ut eos monerem sermo mihi institutus sed ut tibi sa-
 tissimam faciem: cuius omnino diuersa conditio est. tunc enim maxime
 resonabis cum iam loqui amplius nequueris. Cæterum ualde im-
 Impatiens patientis animi est: breuissima expectatione torqueri. Expecta pau-
 tis esse ani lulum. eris uoti compos: cum obstat tibi ipse desieris id ex parte
 mi breuis: lōgeua forsā absentia: ad plenū mors sola p̄stabit. Reduc ad memo-
 sima experiā ex oībus s̄eculis illustres uitios: Roāos: grecos: barbaros cuius nō p̄
 statōe tor fētia famae nocuerit: tibi (si recētiore memoria es) plures forte ex histo-
 queri. riis occurrit. Ego id uni oīum Africano tributū memini ut scilicet &
 Attēde so fama mirabilis & p̄fētia mirabilior haberetur. Idē sacrifici litteris tribu-
 lum Scipi itur Salomoni. q̄re aliū. forte nō iuēies. & si uergilius imodico studio
 onem afri Eneā suū exornādi hoc ad eum gloriæ genū transferre cōtēdat sed
 canum: & imobile uerū est excusant tamē q̄si nō Eneā sed sub Eneā nomine uirū
 Solomo. forte p̄fectūq; describat. dedit idē oratorum uni dūtaxat is qui hoc si
 nem fuisse cut uerius usurpat. p̄illustris scilicet oratorū princeps Marcus tullius
 & fama. & uni quoq; poetarū idē tribuit Aulo licinio archiæ. sed uereor ne id
 p̄fētia ad. amore iudiciū obliquātē p̄ceptorū suo mediocris. Ingenii uiro tribu-
 mirabiles. at. quod nec homero tribuit: nec uergilio tribuisset. Cæterū ut ad te re-
 uertar nihil ex oībus que dixi: quod tibi iusta indignādi materiā p̄sta-
 re possit inuenies. Nemo enī se anteiri ab uno uel a paucis egre fert ni
 si qui gloriæ p̄cipiatū p̄tinaci sibi méte constituit. Patere (ut cæterarū
 rerū) sic ingenii tui sortem noīsq; fortunam. putabas eam in solis di-
 uitiis ius habere? humana rū oīum excepta uirtute domina ē: illa
 Fortunā Aduerte. lam quoque saepe oppugnare: sed nunquā expugnare permittitur. Fa-
 oīa p̄ter. mā certe: qua nihil est leuius facile rotat ac uentolis suffragiis circūuo-
 uit: a dignis eā transferēs ad indignos. nihil quidē mobilius: nihil
 expugna- iniquius uulgari iudicio super quo fama fundata est: Itaque mirū nō
 re. est si assidue quatitur: q̄ tā tremulis innititur fundamētis: Hec sane nō
 nisi i uiuos regnum habet: mors hoīem eximit ab impio fortunā: Ces-
 sant exinde ludibria: hec uelit ipsa uel nolit: uirtutē fama: ceu solidū
 corpus umbra consequitur. habes ergo (ni fallor) gloriandi potius
 causam quam indignādi. si cū oībus fere prestantibus: atque clarissi-
 mis uiris cōmuniſ tibi tua fors est. Quoq; etiā nūc equiore aio sis Afri-
 canū ipsū: quē ex hac acie segregare uifus eram: i cōmune restituā: cui
 quis: quod rarissimū est (ut dixi) p̄fētia nō noceret: Nocuit tamen (ut
 caeteris) hoīum inuidia. quā tantis uirtutibus nō potuit extingueare: in

cenditque potius & istam auuit. Nocuit (quod sine indignatō nō possū meminisse) cōuersatio lōgior: & nascēt ex familiaritate cōtemptus. Vn de autē hec eliciā percōtabere. Nolo me aliquid imitasse suspiceris Ip sa Titi Liuīi clarissimi scriptoris uerba ponā: qui orta contentionē di gnitatis honorūque iter Scipionē Africānū Titūque flaminīū: in qua succubuisse Scipionē refert. Maior inquit gloria Scipionis: & quo ma ior eo p̄pior inuidiae & statī postea. Accedebat inquit & aliud. Scipio a'ricanus iā prope ānū decimū assiduus i' oculis hoīum fuerat quae res minus uerendos magnos hoīes ipsa facietate facit. Et hec quidem ille.

Tu uero (ut iā finē faciā) fortunā tuā tanto comite solabere: expecta bisq̄ tranquilius: memor uetus apud Flaccum uerbum esse. quod ut uina sic poemata meliora dies reddit. apud plautū aliquāto uetusius Ille enī ait. Qui utuntur uino ueterē sapientes puto: & qui libenter ueteres inspectant fabulas. quod non minus ipsi flacco bilē cōmouis se suspicor quā tibi. tātā esse uetustatis reuerētiā: ut crimē lōgo sermōe purgādū sibi fuerit Luciliū reprehēdisse. Postremo tecū cogita quid ē hoc: pro q̄to tam sollicite torqueamur. Ventus est fama quam sequi mur: fumus: est umbra est: nihil est. Itaque facillime recto atque acri iudicio contemni potest. quod si forte (quoniā generosos animos fa miliarius hec pestis insequi solet) appetitū hūc extirpare radicitus nō potes. excrescentē: rationis saltē falce cōpesce. parendū tēpori: parē dum rebūs est: deniq̄ (ut sētētiae meae sumā breuibūs expediā) uirtū tem cole dum uiuis. famā inuenies in sepulchro. Vale.

Frāscus Petrarcha. Raimūdo superantio. S.D. Hominum uitā eq̄ ac flosculū momento & uirere & arescere.

Exteri mihi (nec immerito) uisus es: ne (quod fere oībus adolescentibus accidit) aetatis flore decipiār. Non pollicebor ti bi pater aīum solidū ac stabilē: oīsq; uanitatis exortē (quod in hac aetate difficultimū & potius diuinæ gratiæ: quā huma ne uirtutis arbitror) sed mentem haud quaqua suae cōditiōis ignaram spondeo. Sentio me (mihi crede) nūc dum maxime florere uideor: maxime ad arescēdūm pergere: quid in re celestima segnibus uerbis utor? inimo uero p̄pēra re: īmo currere: īmo (ut loquar p̄prie) uolare. Volat enim aetas (ut ait Cicero) Et oīo nihil est aliud tēpus uitae huius: q̄ cur sus ad mortē. i quo (ut ait Augustinus) Nemo uel paulo stare uel ali quāto tardus īre p̄mittitur. Sed urgētur oēs pati motu: nec diuerso im pelluntur accessu: neq; enī cuius uita brevior fuit: Celerius diē duxit. q̄

Titi Liuīi
uerba de
Scipionis
& Titi Fla
minii di
gnitate.

Vetus
poemata
uino uete
ri adequa
ri ex Flac
ci & Plau
ti auctori
tate.

Aetatem
uolare. ex
Ciceronis
auctorita
te.

Attende ille cui longior. sed cum æqualiter æqualia momenta raperentur am. nō iſuauē bobus. Alter abiit proprius. alter remotius: quo non impar uelocitate ex diuo ambo currebat. Aliud est enī amplius tiae peregisse. aliud tardius am. Augustio bulasse. Qui ergo usq; ad mortem productiora spacia temporis agit sententiā non lentius pergit: sed plus itineris consicit. Ecce quanti duo uiri uæ omnibus locitatem uitæ mortalib; describentes: uolare eam & currere asserunt: . s. eūdem Quotiens uero Vergilus: fugere tépus ait? Quid si omnes taceret? qd uitæ spa etiam si negarent? nūquid ideo segnius fugiens currebat aut uolaret? tiū mortis Neq; uero me talia sumis labiis loquutum putes (quiq; coætaneis me q; equalē, is est mos) per auctorū uireta captare flosculos. quod uiro turpe ait Se esse termi neca: nobis ita permisum putant. ut nihil uideatur in adolescentia for mosius. Ego me non nego flosculos interdum legere: quibus inter se niorū choros (si res tulerit) uti queā. sed ita ad optatam senectutem merita cum laude perueniam: ut ego magis omnia ad uitā extimem qm ad eloquētiā referēda. & quāuis (ut est usus: ut est ingeniū: ut est aius: ut est ætas) eloquētiæ studio delecter. tamē & dū aliorū bene dīcta recenseo: & si quādo mihi aliquid forte sonatiū excidit: utrobi g Dementis magis meditor: ut quicquid id est uitæ prospicit: adolescentiæq; me ma esse animi lis expedit: q; ut uerbis ornatioribus iuuenilis lingua lasciuat. Sum niti in id mæ quidē demētiæ uidetur in id niti: ad quod forte nūquā sis uentu ad quod p̄rus. & quod paucis accidit: quodq; cū adeptus fueris modicū prospicit: nemiri nō fortassis & multū noceat. illud uero negligere: quod & oībus prōptū potest. p̄ oībus utile: dānosūq; nūquā esse possit. Scimus aut̄ magnorū aucto ritate hoīum experimētoq; rerū edocti. quoniā paucis bene loqui bene uiuere aut̄ oīb;is datū ē. & tamē plures illud aplectūtur: hoc fugiūt Ita est natura hoīum: difficultatibus icubere: & ea cupidius appetere: q Cupidius laboriosius parātur. Ego quidē (& si mihi fidē ætas d'roget) teste tamē homines cōsciā lego: nō ut eloquētor aut argutior: sed ut melior fiā. & (quod appetere de morali phylosophiæ parte dixit Aristoteles) ad oēs traho quāquā quæ labo: si uterq; fructus sequeretur: fortunatiore me laborū non negarē. Tibi riosius pa autē pater gratias ago: q; me paternē mones: & oro ut idē sāpe facias. rantur. sed sic habeto: me iā hiinc cepisse cognoscere cursum meū: & pericula numerare. & multos nosse decrepitos: me altius huni fixos: ac tenaci us i herentes. Multū me tangit illud Domitiāi principis iam senescen

Attende tis. Nil inquit gratius decore: nil breuius. Et illud Catonis senis apd uitæ Fuga Tulliū: quis est tam stultus: quāuis sit adolescēs: cui sit exploratum ad citatē: ex uesperum esse uicturum? & illud Vergilii tunc iuuenis iuueniliter di domitia' ctum: sed uere: sed grauiter: sed mature. Collige uirgo rosas: dū flos ni impera nouus: & noua pubes: Et memor esto euum sic properare tuum: toris:

Ego uero memor sum (& quamuis nondum plene possim) cogito Catōis: & tamē ut possum: & in dies ut profundius possim: nitor. Cogito nō qd uergilii fē aliis uideor sed quid sū & ætatē hāc & qualēcūq; formā corporis & re tētia. liqua (unde mihi forsā ab aliis iuidetur) sentio data mihi ad periculū ad exercitiū ad labore. Deniq; (ut breuiter cōcludam) Scio me ascēde, re ut descendam: uincere ut arescam: ut senescam adolescere: uiuere ut moriar. Vale.

Fran. P. Iohāni colūnæ. Apostolici dogmatis Cardinali . S.P.D. Galli
cæ pegrinationis enarratio: atq; inibi d laudibus italiae aliqua cognitu
non indigna.

Allias ego nuper nullo quidem negocio (ut nosti) sed uise
g di tantū studio & Iuuenili quodā ardore pagraui:germa
nimā tādē: iheniq; ripas attigi: cōtēplatus solicite mores ho
minū. & aspectu telluris icognit: & delectatus ac singula cum
nostris cōferēs: & licet multa utrobicq; magnifica uidetī me tamē itali
cæ originis nō pēitet: imo (ut uerū fatear) quo latius pegrīo eo maior
itali soli subit admiratio. Quod si gratias agebat Plato diis (ut uer
bo eius utar) īmortalibus intet multa q; grecū eū & nō alienigenam
ēdidiſſent quid nos prohibet pro eōdē quoq; gratias agere ortusq; no
stri deum auctorem recognoscere: nisi forte nobilis est grecū naſci q
italicū. quod si quis dixerit: dicat idem & seruū esse nobilio rē quā do
minū Atq; nullus hoc greculus quātūlibet p̄cax īpudēsq; dicere aude
bit dū meminerit diu ante urbē cōditā ante partū & auctū uirtutibus
īperiū. Deniq; ante Roānos rerū domiōs gētēq; togatā. nō italiā sed
quotā italiae partē eo tpe desertā & uacuā grecis habitatoribus possessā
magnāq; greciā nūcupatā. q; enī tūc magna uisa ē: q; maxia: quā imēsa
uideri potuit post euersā Corīthū. post uastatā Aetholiā. post Argos &
micēas ceterasq; turbes triūphatas. post Macedōiæ reges captos Pirrūq;
deuictū & mādetēs iterū asiatico cruore termophilas. Credo neminē
negaturum aliquanto clarius Italicum esse quā grecū sed de hoc forte
alibi: nunc in gallias reuertamur. Pariseorū ciuitatē regni caput q; au
ctorē Iulium Cæsarem pretendit introīi nō aliter anio affectus quam
olim theſſaliæ ciuitatē Hypatam dum lustrat apuleuſ. Ita enim ſolliv
cito ſtupore ſuſpensus & cuncta circūſpiciens uidēdi cupidus explorā
diq; uera ne an ficta eſſet q; de illa ciuitate audierā nō parvū i ea tēpuf
abſumpsi & quotiens operi lux defuit noctē ſuperaddidi Demū am
biendo & ihiando magna ex parte didicisse uideor quis in eadem ue

Adierte
greculi p
cicitatem
Inſpice ſū
mas italiae
& romanī
īperiū lau
des:
Pariseorū
urbē a Iu
lio Cæſare
cōditam.

I. EPISTOLARVM.

Gandavū ritati quissabulis locus sit q (quoniam lōga narratio est neq; hoc lo,
ab eodem co satis explicabilis) differēda est donec ex me oīa corā audies. Gāda,
cōditum. nū quoq; (ut media sileā) eodem cōditore supbū uidi:& Cæteros Flā
driæ Barbantiaeç populos lanificos atq; textores. Vidi leodiū insignē
clero locū: Vidi aquēsem Karoli sedem:& in templo marmoreo uerē,
dum bābaris gentibus illius principis sepulchrū. Vbi fabellam audi
ui:nō inamenam cogniti a quibusdam templi sacerdotibus quā scri
ptam mihi ostenderunt:& postea apud modernos scriptores accurati
us etiam tractatam legi. quā tibi quoq; ut referā incidit animus ita ta
men ut rei fides non apud me queratur: sed (ut aiunt) penes auctores
maneat. Karo'um regem quem magni cognomine equare pompeio:
Karoli ma & Alexandro audent mulierculam quādam perdite & effictim amas
gni recēse se memorant, eius blanditiis: eneruatum neglecta fama (cui plurimū
tur amor. iſeruire cōſueuerat) & post habitis regni curis: aliarum rerum omniū
& postremo sui ipsius oblitum: diu nulla prorsus in re nisi in illius am
plexibus acquieuisse: lumina cū indignatione suorum ac doloere. Tan
dem cum iam spei nihil superesset: (quoniam aures regias salutaribus
consiliis insanus amor obstruxerat) seminam ipsam malorū causam
insperata mors abstulit: cuius rei ingens primū in regia: sed latens
gaudium suit. Deinde dolore tantum priore grauior: quātum fediori
morbo corruptum regis animum uidebant, cuius nec morte lenitus fu
ror sed in ipsum obscenū caducer & exāgue translatus est; quod balsa
mo:& aromatibus conditum; onustum gēmis & uelatū purpura die
bus ac noctibus: tā miserabili quā cupido souebat ampletu. Dici ne
Regnū & quit: quam discorsi: & quā male se compassura cōditio est: amautis: ac
Amorem regis nunquā profecto cōtraria sine lite iunguntur. Quid est autem re
non recte gnū: nisi iusta & gloria dominatio? Contra. quid est amor: nisi se
eodem pe da seruitus & iniusta? Itaq; cū certatim ad amantem (seu rectius) ad a
ctore pī. mentem regem pro summis regni negotiis: legationes gentium: præ
fecti: & prouinciarum presides conuenirent. Is in lectulo suo miser
omnibus exclusis: & obseratis foribus: amato corpusculo cohorebat
amicam suam crebro uelut spirantem: responsuramq; compellans. Illi
curas laboresque suos narrabat: Illi blandum murmur & noctur
na suspiria: Illi semper amoris comites lacrimas instillabat (horredū
miserie solamen) sed quod unū tamen ex omnibus: rex alioquin (ut
aiunt) sapientissimus elegisset. Addūt fabulae: quod ego nec fieri po
tuisse: nec narrari debere arbitror. Erat ea tēpestate in aula coloniēfis
antistes: uir (ut memorant) sanctitate: & sapiētia clarus: nec non comi
tatus & cōſili regii prima uox: q domini sui statū miseratus: ubi aiad

uertit humanis remediis nihil agi: ad deū uersus illū assidue p̄cari: in illo spē repōere: ab eo finē mali poscere: multo cum gemitu. quod cū diu fecisset: nec desiturus uideretur die quodā illustri miraculo recreatus est. Siquidem ex more sacrificanti: & post deuotissimas præces p̄etus & aram lachrimis implenti: de cælo uox isonuit: sub extinctæ mulieris lingua furoris regii causam latere. Quo lætior mox pacto sacrificio: ad locum ubi corpus erat se proripuit: & iure notissimæ familiaritatis regie introgressus: os digito clā scrutatus gemmā pexiguo anulo inclusam: sub gelida rigentiq; lingua repertā festinabundus auexit. Nec multo post rediens Karolus: & ex consuetudine adoptatum mortuæ cōgressū p̄perans: repete atidi cadaueris spectaculo cōcussus obriguit: exhorruitq; cōtactū: auferri eam quātocius: ac sepelliri iubens idē totus in antistitem conuersus. illum amare. illum colere. illum in dies arctius aplecti. deniq; nihil nisi ex sentētia illius agere: ab illo nec diebus nec noctibus auelli. Quod ubi sensit uir iustus: ac prudens: optabilem forte multis: sed onerosam sibi sarcinā abiicere statuit: ueritusq; ne si uel ad manus alterius perueniret: uel flammis cōsumeretur: domino suo aliquid piculi afferret: annulum i uicinæ paludis prealtam uoraginem demersit. Aquis forte tum rex cum proceribus suis habita bat: ex eoq; tempore cunctis ciuitatibus sedes illa prelata est. In ea nil si bi palude gratius: ibi assidere: illis aquis mira cum uoluptate illius odo re uelut suauissimo delectari. Postremo illuc regiam suam transtulit & in medio palustris limi: imenso sumptu iactis molibus: palatum templumq; construxit: ut nihil diuinæ uel humannæ rei eū inde abstrahe ret. postremo ibi uitæ suæ reliquū egit: ibiq; sepultus ē. Cauto prius ut successores sui primā inde coronam: & prima impetii auspicia caperent: quod hodie quoq; seruatur. seruabiturq; quā diu romani strenui imperii theotonica manus aget. Longior sui in hac narratione quā debui. Sed quoniam peregrinatione longinqua librorum solatio destituta est: & in perpetuo motu facilis est multa cogitare: quā grandia: iustum epistolæ modū implere seriis nō ualeat: eam (ut uides) obuiis: quibusq; confarcio. Vale.

Fran. P. Johāni Columnæ S.P.D. germaniae pegrinationē enarrat.

Quis digressum: sed prius unde ortum oppidi nomen putat Agrippia
a quis baiano more tepentibus ablutū: exceptit Agrippina colōia ad
colonia: quæ ad sinistrū rheni latus sita est. locus: & situ & flu
mine clarus & populo. Mirum in terra barbarica quanta ci
rhēi latus

EPISTOLARVM.

uilitas:quæ urbis species:quæ uitorū grauitas:quæ mūdici:et matronarū forte Iohannis baptistæ uigilia erat.dū illuc applicui:&iam ad occidentem sol uergebat:confestim amicorū monitu (nam & ibi amicos prius mihi fama pepererat:quā meritum)ab hospitio traducor ad fluuiū i signe spectaculum uisurus .nec fallebar: omnis enim ripa præclaro:& ingēti mulierum agmine tegebatur.obstupui.dii boni:quæ forma:quis habitus:amare potuisset:quisquis eo non preoccupatum animum attulisset.In loco paulum altiore constiteram.Vnde i ea quæ gerabantur intenderem.incredibilis sine offensione concursus erat.Vi cissimq; alacres: pars herbis odoriferis incinta:reductisq; post cubitū manicis:candidas in gurgite manus:ac bracchia lauabant nescio quid blandum peregrino murmure colloquentes.Vix nunquam clarius in

Inter inco tellexi:quod Ciceroni placet:& ueteri prouerbio dici solet.inter linn guas incognitas:omnes propemodum surdos:ac mutos esse.Vnum guas ois& mihi solatium gratissimum interpretum non deerat.Nam & hoc in lurdescere ter cūcta mirabere cælum illud spiritus pyerios alere.Itaq; dum miratur Iuuenalis q; Gallia causidicos docuit facunda britannos .miretur cere ex Ci itidem:docta q; argutos aluit germania uates.at ne me auctore falla ceronis di ris.Scito ibi nullū maronem esse:Nasones plūtimos.ut dicas uerum sto fuisse prcsagium:quod in fine libri methamorphoseos multū uel posteritatis gratiæ:uel ingenio suo fidens ponit.Siquidem qua romana potētia (seu ueruis)qua romānū nomē domito orbe se porrigit:plau sibiliter nunc sauentis populi ore perlegitur.His ego comitibus:ubi quid audiendum:seu respondendum incidit:pro lingua:& pro autibus usus sum.Vnum igitur ex eo numero admirans:& ignarus rerum percontatus uergiliario illo uersiculo.Quid uult cōcursus ad annem quid ue petunt animæ? responsum accepi.peruetustum gentis ritum esse:uulgo persuasum:presertim foemineo.omnem totius anni calamitatem imminentem:fluviali illius diei ablutione purgari.&deinceps letiora succedere:itaq; lustratiōem esse annuam:inexhausto semper studio cultam:colendamq;.Ad hec ego subridens: omnium fælices inquā rheni accolæ quorum ille miserias purgat.nostras quidem nec Padus unquā ualuit purgare:nec Tybris.Vos uestra mala britanis theno uestore trāsmittitis:nos nostra libenter afris atq; illiriis mittere mus.sed nobis (ut intelligi datur)pigroria sunt flumina.Commodo risu:sero tandem inde discessimus: Proximis aliquot diebus a mane ad uesperam:ciuitatem iisdem ducibus circumui haud iniocundum exercitium.non tam ob id quod ante oculos erat:quam recordatione

nostrotum maiorum qui tam precti a patria monumēta roāne uirtutis tam illustria reliquissent. In primis autē occurrebat Marcus agrippa: coloniae illius auctor: qui licet multa domi: multa foris preclara cōstruxerit: illā tamen ex omnibus dignā censuit: cui suum nomen ipoñeret edificator ac bellator egregius. dignusq; habitus quē Augustus sibi generū ex toto orbe deligeret qualiscūq; filiæ uirum. sed dilecte sed unice sed auguste. Vidi tot simul trunca milia sacrarū uirginū: & terrā generosis dicatā reliquiis: ac dgenerum (ut aiūt) cadauerū expultricē. Vidi capitoliū: effigiē nostri: nisi q; pro senatu illic pacif. ac belli consilia agitate: hic formosi iuuenes: ac puellæ mixtim: nocturnas laudes deo concinunt: eterna concordia. Ibi rotarum & armorum strepitū: ac gemitus captiuorum. Hic quies & gaudium: & iocantium uoces deniq; illuc bellicus huc pacificus triumphator īgreditur. Vidi templū urbe media pulcherrimum. quāuis iexpletū: q; haud in merito sūmum uocant. Magorū ibi regū corpora: ab ortu ad occasum: tribus saltibus transueta: quos æthereū quondā regem ad præsepiā uagientem: cum muneribus ueneratos legimus: uenerabundū aspexi. Parumper hic pater optime: & pudoris mei metas excessisse uideor: & plura collegis se quā necesse erat. Vtrūq; fateor. sed mihi nil tam necesse est: quam ut imperio tuo paream. inter multa sane: quæ abeunti iusseras: hoc fuit extremū: ut de terris ad quas ibam: & de singulis quæ uidissē: audiūssēq; perinde te certiorē scripto facerem: ac uerbo soleo: ne calamo parcerē ne breuitati: uel ornatui studerem: ne ue floridiora decerpere. sed cū etiā cōpleteceret. Deniq; tulliano uerbo usus. Scribe dixisti. quicquid in buccam uenerit: promisi me facturum: promissum crebris ex itinere litterulis implesse uideor. Si iussisses loqui de altioribus teptassim. nunc epistolæ officium reor: non ut scribentem nobilitet: sed ut certificet legitatem. q; si omnino uideri uolumus ostendemus nos in libris: in epiistolis colloquamur.

Procedo ad ii. Kalendas iuliae colonia discessit
tāto sole ac puluere: ut sēpe alpias niues. ac frigora rheni a uergilio te
quiererem. Inde arduennam siluam scriptorum testimonio pridem
mihi cognitam. sed uisu atram: atq; horrificam trāsui solus (& quod
magis admireris) belli tempore. sed incautos (ut aiunt) deus adiuuat.
Ac ne longum iter uix equo peracto calamo remetiar: multis ego re
gionibus ambitis: hodierno die lugdunum perueni. Nobilis Lugdunū
& ipsa romanorum colonia est paululumq; uetusior Agrippina. romano
duo hic noti ānes in nostrū mare currētes: rhodanus aratisq; cōueniūt rum Colo
Sonā icolæ appellat. Sed d̄ his nihil apliūsiūcti enī ad te pperat alter nia.

Attende e
pistolæ of
ficiū.

Ardueña
Silua.

EPISTOLARVM :

cogenti alter coacto similis:& Auinionem ubi te nunc ac genus huma
nū Romanus pontifex detinet:permixtis uadis abluiunt.huc ego cum
mane peruenissem :& intranti forte familiaris hic tuus occurrisset:mil
le eum questiunculis (ut mos est peregre reddeuntū) aggredior . Ille
autem nihil ad reliqua.Sed preclarissimum fratrem tuū:ad quē ma
xime properabam:sine me romam petuisse narrauit.quo audito que
rendi ueniendiq ardor repente deferuuit . Hic igitur expectare in
animo est.donec & æstas ipsa deferueat:quam hucusq non fenseram:
& me uegetiorem quies faciat:qui me sessum esse hoc ipso primum lo
quente perpendi. Nulla quidem fatigatio maior:quā animi est q si
reliqui itineris tediū subierit:rhodāus mihi pro uehiculo erit. Interim
ut noris ubi sum:hec tibi festinante nūtio transcurrere non piguit.De
fratre item tuo:duce olim:nunc(da dolori uenīa) desertore meo:nus
quā alibi:quā apud ipsum cōqueri uisum est.quā querelam:ut sibi quā
primū mitti iubeas:oratus facito.Et uale nostri memor.

Frāciscus Petrarcha:Iacobo Colunae Lomberesi præsuli.S.P.D. Fa
miliariter cōqueritur q se non expectato Romā petierit : simulq non
panca de fide & taciturnitate cōmemorat.

Euertebar e germania:&iam lugdunū peruereram.precum
tuarum :& desiderii mei:uncis retrahentibus :non tam poeti
co:aut phisico:quā cursorio more festinans.Illic cursui meo
molestissimū frenū adhibuit insperatus rumor Aufugisse te
absentiae meae:uelut oportunitate captata :& sine me romam petuisse.
Amanti:q quod profecto nunquā facturū esse promiseras. Quid dicā? Amante
non amā nō amato nil reor eē miserius.Quomodo autem te:seu quibus primū
ti nihil eē uerbis aggrediar ? Suspitiosum ne:an tuorum cōtemptorem putē ? ni
miserius . hil moribus minus tuis conuenit :obliuiosum querar mirator ipse me
moriæ tuæ? Fidefragū dicā? sed notissima fides est.Quid ergo? Tu cul
pæ nomen inuenies & te ipsum condēnabis:uel si libet absolues:apud
tribunal tuum tecum agitur. tu idem:& reus & testis & iudex eris. Se
Amorē i de igitur:& mecum aliquantis per :equo iure discepta.Equat enim amor
paria ade imparia.q si contra me forte lingua tua pronuntiauerit: ad conscienc
quare. tiam prouocabo.Responde dolori meo querenti.Cur tu Romæ:ego
in gallia sum? Quid tanto diuortio dignum feci? An ut inutilis :& ina
Dolorē: li mena sarcina itergū abiicior? de utilitate qdē uideris.de reliquo (quo
bertatis as niam dolor ingens:libertatis assertor esse solet) ipse pronuntio. Nulla
settore so igitur (si te noui) amenior :nulla curis tuis oportumor:tecum est Le
lere esse

lli mei & cæterorum pace dixerim quibus (ut me equare audeam) sup
 be forsitan fortunæ illorum: cogit & dolor mei. ego enim te mundo
 pretuli. tu mihi: quæso: quid nō præfers? An timuisti ne secretum tuū
 ex me in uulgas erumperet? Ita ne rimosum expertus es: ita infirmi: ac
 futilis animi: cui tā facile commissa diffluerent? Egisti incaute: qui mi
 hi totiens grauiora crædideris. Sed (crede mihi) quoniam hodiæ (ut ui
 deo) dolor uerecundiam superat. crede iquam mihi pater optime. Nul
 lius (quē quidem ego nouerim:) fido silentio secundus sum. Nemo
 me ideo q̄ secreta non teneam: ne dicam fideli amicitiæ: sed uel seña
 torio gradui: uel sacerdotio cereris: inhabilē arguerit. legimus apud
 persas: nihil fide sanctius nihil pulchrius silentio nihil loquacitate de
 formius. Itaq; illud uel morte custodiunt. hanc morte castigant. non ē
 qui quocunq; supplicio sui regis patiat archanum. Si quis forte con
 trafecerit. nullo non supplicio dignus habebitur praecare. Quid enim
 omnino facilius quā tacere? ad quid ergo utilis: aut cui magnæ rei sit
 habendus idoneus. qui rem longe facillimam: implere nequiuierit? An
 uero occupationes meas interrumpere noluisti? Cōuersatio igitur lō
 geua quid profuit? Nun dum intelligis: non esse me de illorum grege
 qui (ut ait. Flaccus) breui fortes iaculātur euo multa: qui terras alio ca
 lentes sole permutant. qui penetrant aulas: & limina regū. Ut uergili
 us ait qui animum suum in rusta discerpūt. huic arrident illi seruunt.
 Neminem ex integro diligunt nulli plene cōfidunt. certe ego qui sim
 nescio. Valde enim in iudicio rerum nostrarum fallimur. sed ut sim de
 grege nihil optantium magnopere labore. de multis nunquā sperauit:
 sciebam enim q̄ qui paucorum similis fieri studet: multis fiet inuisus. Aduerte e
 Spes & occupationes meæ in te haftenus sitæ erant. Inquo si me diuti
 us errare non es pasiū perurbane mecum agi non negauerim. q̄ alie
 nationem animi tui: non contumelioso quidem actu non uerbo aspe
 ro non graui supercilie: sed fuge silentis inditio perceperim. Si expe
 riri: aut inflamare desiderium meum cogitasti. Vide ne aduersus imbe
 cillem animum nimis aculeatum ludi genus elegeris. At forte indul
 gentior causa est: pepercisti arbitror labori meo: ueritus ne fastidio pe
 lagi impar essem. & quoniam id tibi quoq; restat iter per siticulosam
 Apuliam: sub æstiuo sole deficeré. Sed quæso. non ne hoc tuo de me
 iudicio iniuriosus es famæ meæ? Vbi ego hanc opinionem merui? q̄s
 me labor fregit: aut terruit? Sola uidēdi dulcedo: per ignotam me bar
 bariem circunducit. per italiam credo pulchra necessitas nō duxisset.
 sub pireneis olim collibus: ut tibi comes essem nisi pudet: quātis me p
 cibus: ac bianditiis onerasti? quāquam (ut uerū fatear) sequæbar ego. p
 b iii

pe cupidius:quā detrahebar .quid ita nūc sub Apēnini iugis comes ei se non merui? nisi forte inertiam meam illa peregrinatio patefecit .tu uero quotidie miraberis unde ea labore patietia ī litterarē: ocio mihi nato:ac enutrito;presertim cū & anni tēpus eset aduersum:& neprico sum iter:& inculta regio(quodq; sup oīa nos angebat)cōuersatio dura & multū nostris moribus aliēa.Sed forte(quoniā sēsim ratiocinatio

Aduerte ad ueḡ ducit).nō q̄cūq; potuimus possumus.dies auget.dies īminuit.
cādide lec ab ea pegrinatione:q̄rta nūc ætas agitur.triēnio senior factus sum:qđ
tor diem t̄ps nō tantū mutādo corpusculo mortalis hoīs:sed auertēdis īperiis:
oīa & au atq; urbibus late patet.Ludo tecū (ut uides).Magnus iterum dolor
gere & mi ubi lamēta defuerint:ī iocos uertitur.oīs quidē dies fateor gradus est
nuere : ad mortē.& uagiētes in cunabilis ifantes:crescendo pariter senescunt.
Nil nō ex Neq; tamē ea ætas est mihi: q̄ naturale detrimētū sentiat :quippe q̄ nō
peccato dū plēna est.Itaq; crescētibus adhuc annis puehor. multoq; & mēbris:
hoste no & aio ualidior ī dies fio:quāuis nō ignorē:quid seq̄tur.Viator enī quo
centius altius ascēdit:eo descēsui pximior fit(& si dici fas eēt) quodāmodo a
scēdēdo descēdit.Idem mihi accidit.Interi tū ascēdo.Quæ cū ita sint.
Idoneā facti tui cām forte tu noueris.ego cā palpītabūdus īquiro:nec
iuenio: & hoc uno uel maxime amare me itelligo(q; amātiū mos est p
mis qdē offēsiōibus moueri:mox ubi flāmā extiguere nō datur ad ex
cusatōnū medicamēta cōfigere:&qđ acrius factū dolēt:nēl nequaquā
factū si liceat:uel bono aio factū dicere).Hoc igitur ago si possum:ut
iure d̄sertus uidear.qđ utinā mihi psuadeā:& pfecto fieri pōt ut tu nec
pfectionē meā ipedire uolueris.nec potueris redditū expectare.&cū me
ab amplexu tuo lachrimatē dimitteres:nouā mihi gemēdi materiā in
culcare uolueris.Vellē iclēmētior fuisses:pietas enī tua ī cōtrariū uersa
ē.Inexpectato nil hoste nocētius:& itēpestina q̄libet grauiora sunt.Vn
de si absq; fletibus eē nō poterā:melius tunc fleuisse.quotiā natura
hoc habet:ut abeuntiū potius:quā redeuntiū cōites lachrymas uidea
mus.Tu p̄cor quā p̄mū cogita:q̄liter te mihi:exundāti illo defēdas e
loq;.quā uere nihil ad rē:modo uerisimiliter satis erit. Credere para
to nulla iefficax psuasio est.interim facilius iducar:ut tuæ culpæ igno
scam:quam fortunæ meæ.Vale nostri memor.

Temerari- Fran.P.Tho.Messianensi.S.D.Detestatur dyalecticorē inanē ac cōté
um esse cū tiosam petulantiam.
eo hoste Emerariū ē cū eo hoste cōfligere: q̄ nō tam uictoriā appetit:
pugnare q̄ certamē.Scribis quēdam senē dyaleticum:litteris meis uelhe
qui nō mi mentissime p̄motū:q̄si artificiū suū ego dānauerim.ideo palā
nus certa-

fremere :& minari multa se quoq; i studia nostra suis litteris iuecturū: men q; ui-
eas te litteras multis ne quicquam mēsibus expectasse. Noli eas expecta-
re ap̄lius crede mihi nūquā ueniēt: Hoc modestiæ remāsit. Siue is stili
pudor: siue ignoratiæ confessio ē. lingua iplacabiles: calamo nō cōtēdut.

Nolūt apparere quā friuola sūt quibus armātur. ideoq; more parthico A nnota
fugitiū pugne genus exercēt & uolatilia uerba iactatēs q̄si uētis tela cō dialetico
mittūt. Cū his (ut dixi) suo more cōtēdere temerariū ē. Quippe qui su rū cōtētio
mā uoluptatē ex cōtētiōe p̄cipiūt. Quibus nō ueg; iuenire p̄positū est sas lites
sed alterari. Atq; Varrōis pueriū ē. Nimiū altercādo ueritas amittitur
noli aut̄ trepidare: ne i aptū scripturæ solidiq; colloquii cāpū descēdāt Nimia al-
Hi sūt enī d̄ qbus Qūtilianus: iter iſtitutiōe oratorias loqbatur. quos tercatione
reprias i disputatione mire callidos: cum ab illa cauillatiōe discesserint nō ueritatem
magis sufficere i aliquo grauiore actu quā pua qdā aialia: q̄ i angustiis amitti: ex
mobilia cāpo dephēduntur: merito itaq; cāpū timēt: ueg; est enī illud uarrōis sē-
eiusdē diuerticula & anfractus suffragia esse iſfirmitatis: ut q̄ cursu pa tentia .

ualēt flexu eludāt. Tibi uero amicæ uinū hoc dixisse uelim. Si uirtutē: si
ueritatē seq̄ris: id genus hoium uita. Sed quo nā fugiemus a facie iſano
rū: si ne iſulae qdē tutæ sūt? Ergo nec scilla: nec caribdis obſtiterit quo
minus h̄ec pestis i trinacriā transnataret. imo uero iā iſulae peculiare
malū est. Si dyaleticor̄ agnimi britānico ethnea nūc nouoꝝ ciclopū a
cies acceſſerit. Hoccine ē qd̄i cosmographia: p̄pōii legerā. Siciliæ ma
xie ſimilē eſſe britāniā. Ego qdē putabā ſimilitudinē hāc i terraꝝ ſitu:
ac p̄pe triangulare utriusq; ſpecie: & fortasse etiam i circūfusi maris ppe
tua collidiōe cōfīſſere. Nihil de dyaleticis cogitabā. Audierā Ciclopas
p̄mum: poſtea Tyrānos: utroſq; ferocef incolas: tertiu mōſtri genus: ad
ueniſſe nō nouerā: armatū entimemate bisacuto: & ipſo taurominita-
ni litoris feruore p̄caciſ. Vnū ſane & ego p̄dem aiaduerterā: & tu nūc
admōes: eos ſectā ſuā Aristotelici nois ſplēdore ptegere. dicūt enī Ari
ſtoteles ita ſolitū diſputare. Est fateor q̄lifq̄lif excuſatō claror̄ ducū ſhe
liſſe ueligiis. nā & Marcus Tullius: nō iuitū ſe cum Platōe ſi oporteat:
erratur dicit. Sed fallūtur. Aristoteles enī uir ardētis ſigenii: de rebus al
tissimis: uicissim & diſputabat & ſcribebat. Alioq; unde huius tā multa
uolumina: ſāmo ſtudio. & tantis exhausta uigiliis: inter multoꝝ & p̄fer
tim illius fortunati diſcipuli: graues occupatiōes: & i ætate non lōga: ſi
quidē circa illum apud ſcriptores infamem: tertium ſcilicet & ſexagesi
mūm uitæ anium defunctum accepimus. Iſti autem cur a duce ſuo:
tā diuersi abeūt? Cur q̄ſo Aristotelicos dici iuuat& & nō potius pudet?
Nihil illi tāto phyloſopho diſsimilius hoie nihil ſcribente patū intel-
ligente multūq; & inutiliter clamātē. Quis illas coniūſunculas non

EPISTOLARVM.

rideat: quibus li:terati ho:ies se simul & alios fatigat. In quibus omne
ætaté conterút. quippe ad alia inutiles. ad hoc ipsum p:cipue d:anosi. q:
lia s:ut quæ a Cicerone & a Seneca pluribus locis irritetur. Quale est il-
lud diogeni propositum: quæ d:u c:tumeliosus dialecticus uerbis esset
aggressus hoc modo. Quod ego sum id tu n:o es. Annuissetq: dioge-
nes. Ille subiunxit. homo autem ego sum. cum id etiam non negasset:
cōclusionē subintullit cauillator: homo igitur tu n:o es. enim uero ul-
Callida di timum hoc inquit. diogenes falsum est. & si uerū fieri uis a me incipe-
ogenis re Multa sunt id genus perridicula: in quibus quid querent: an famam an
spōsio dia oblectamentū: an bene beateq: uiuendi consiliū: sciunt ipsi forsitan:
lectice in mihi nihil ignotius. Nam lucrum aut digna studiorum merces nobili-
terrogatio bus ingeniis uideri debet. Mecchanicorum ē lucra captare. Honestarū
ni. artium generosior finis est. Dum hæc audiunt irascuntur. Est enim fe-
re multiloquiū c:tētiosi hois iracūdiæ pximū. Ergo inquiūt dyalecti-
cā tu c:dēnas. Absit. Scio enim quātū illi stoici tribuat: secta phyloso-
phorum fortis & mascula cuius cū s:ape alias tū in libro de finibus Ci-
cero noster meminit. Scio q: una liberaliū est: & gradus ad alta nitenti-
bus. Interq: phylosophorū dumeta gradiētibus: non inutilis armatu-
ra. excitat intellectum. signat ueti uiam. mōstrat uitare fallacias deniq:
si nihil aliud promptos & pargutulos facit. Hoc ita esse nō iſicior Sed
nō statim: q: honeste trāsimus laudabiliter īmoramur. quinimo uiato
Viatoris i ris iſani est: amēnitate uiarum: metā quā destinauerat obliuisci. multa
fani esse ut cito transisse: & nusquā citra terminū substitisse: uiatoris laus est: & q:
uiarū ame nō uiator ex nobis est: breui o:és: aduersoq: t:p: tāquā hiberno pluuiā
nitate d'le. liq: die lōgū ac difficile iter agimus: cuius dyalectica pars esse p:ot. utiq:
status. Me terminus nō est. & potest pars esse matutina: nō serotina. plurima qui-
tā quam p posuerat dē honeste fecimus: quæ turpissime faceremus. Si enim dyaleticæ sco-
las: q: i eis pueri lusimus: senes relinquere nescimus: eodē iure nec par-
ipar ludere: nec harūdine tremula equitare pudeat: nec tursū cunis iſan-
tilibus agitari. Sūt mire varietates rerū ac uicissitudines téporū: q: oc-
currēs natura fastidio uigilatissimo artificio meditata est. eas nō putas
i anni tātū circulo: sed multo magis i lōga ætate repiri: uer floribus: &
arborū comis: astas frugibus diues ē: autūnus pomis. hiems niuibus a-
būdat. Hæc modo nō tātū tolerabilia: sed grata. Si puertatur: si tēt cōcus-
sis naturæ legibus iportuā. Et nemo erit: q: uel Hyemis glaciē æquo aīo
p æstatē pferat uel solis ardorē: alienis mēsibus seu iētē. Sic nemo repe-
ritur: qui uel senē iſatibus colludētē: nō oderit: aut rideat uel puerū ca-
num: aut podagricum: nō miretur. Quid autem quæſo: ad omnem di-
sciplinam: tam utile immo tam necessarium est: quam ipsarū litterarū

prima cognitio? In quibus omnium studiorum fundamenta cōsistūt. Sed ex diuerso quid sene ridiculous in talibus occupato? Tu ergo se nis tui discipulos meis uerbis excita. neq; deterreas: sed hortare. nō qui dem: ut ad dyaleticam: sed ut peam ad meliora festinent. Seni autem dic non me liberales artes dānare. sed senes pueros. Ut enim nihil ele mentario sene turpius. quod ait Seneca. Sic nihil dyaleticō sene defor mius. Et si silogismos eructare cepit. fuge cōsulo: ac iube illum dispu tare cum Enchelado. Vale

Fran. Petrarca Thomae Messanensi. S.D. De inuentionis & ui inge nii. obseruatione.

Vid agendum tibi sit cōsulis: in eo statu in quo fere omnis scribentiū turba est: quando & sua cuiq; non sufficiunt. & uti pudet alienis: & interim a scribendo cessare non finit ipsa rerū dulcedo isitaq; mortalium animis gloriæ cupiditas. Sic itaq; perplexus atq; he sitans: ad me redi. primum oīum: consultius fuerat certiorem adisse consultorem. a quo uel multa & uaria: uel unum q;cūq; optimū & elec tissimū esset: accepisses. Enim uero nunc ad hostium pauperis pulsasti. Vnde tamen me uolente: non oīo uacuus abibis. quod ab alio mendi caui: id tibi libēs impartiar. mihi (quidem fateor) d' hac re non amplius quā unicum consilium est. qd' si fortassis inefficax experimento depre henderis. Senecam culpabis. At si efficax: sibi nō mihi gratiam referes. Deniq; in omnem euentum: illum non quidem solum: nam & hoc ante flaccus dixerat. & (quod satis auguro) ante flaccū alii: quod querenti nunc otium non est. sed expreſſiōrem habeas uelim consilii huius auctorem. Cuius summa est. apes in inuentionibus imitandas: quae flo res non quales accepērint: referunt: sed ceras: ac mella: mirifica quadā permixtione conficiunt. Eius autem non sensū modo: sed uerba Ma crobius in saturnalibus posuit: ut mihi quidem: uno eodemq; tempo re: quod legendo simul ac scribendo probauerat rebus ipsis improba re uideretur. Non enim flores apud Senecam lectos i fauos uertere stu duit: sed itegros: & quales in alienis ramis inuenierit protulit. quāquā qd' alienū ego aliquid dixerim: licet ab aliis elaboratum: cum Epicu ri sententia sit ab eodem Seneca relata quicquid ab ullo bene dictum est nō alienū esse sed nostrū. Non est itaq; cur Macrobius culpādus sit q; magnā epistolā unius partem: i prohemio operis illius nō tā trāstu lit: quā trāscrispsit. Id enim & mihi forsitan interdū: & multis maioribus accedit. Sed illud affirmo: elegantioris esse sollertiae ut apium imita

Apes in in
res non quales accepērint: referunt: sed ceras: ac mella: mirifica quadā
permixtione conficiunt. Eius autem non sensū modo: sed uerba Ma
crobius in saturnalibus posuit: ut mihi quidem: uno eodemq; tempo
re: quod legendo simul ac scribendo probauerat rebus ipsis improba
re uideretur. Non enim flores apud Senecam lectos i fauos uertere stu
duit: sed itegros: & quales in alienis ramis inuenierit protulit. quāquā
qd' alienū ego aliquid dixerim: licet ab aliis elaboratum: cum Epicu
ri sententia sit ab eodem Seneca relata quicquid ab ullo bene dictum
est nō alienū esse sed nostrū. Non est itaq; cur Macrobius culpādus sit
q; magnā epistolā unius partem: i prohemio operis illius nō tā trāstu
lit: quā trāscrispsit. Id enim & mihi forsitan interdū: & multis maioribus
accedit. Sed illud affirmo: elegantioris esse sollertiae ut apium imita

EPISTOLARVM.

tibus p̄serēdis: aios armat atq; instruit. Fuerat autē hic in exilio talis: ut
magnū sui p̄beret iudiciū: qualis futurus esset in morte. de quo nō ta
cebo: quid in libro de uirtute: ad Ciceronē Brutus refert uidisse se eū
uidelicet Mitileis exulē tā i frasto aio: tāq; auido bonor̄ studio: tā d
niq; feliciter: beateq; disposito: ut nō ille sibi: quāuis longe relegatus
sed ipse potius exul cum ab illo discederet uideretur. Addit etiam

Sola uir
tus hoies i
aduersis
cōfirmat:

EPISTOLARVM.

Gaiū Iulium Cæsarem qui sibi & exulandi auctor fuerat:& postmo
dum redeundi fuit per ea loca transeuntem:uerecundia per motum
super exilio tanti uiri urbemq; ideo:ubi ille tunc erat:de industria p-
teruectū.O gloriosum exulem.cuius exilium potentissimorum cui
uim alter suspex t alter erubuit.Sit Cæsar mundo terribilis:Brutus &
Cæsari:utrumq; tamen reuerentia cepit exulis Marcelli . Quis exiliū
tale non cupiat? immo uero quis exilium uocet:quod ipsis patriæ do
minis inuidiosum ē? Illos cōmemoro quos penitentia ciuiū redi-

Camilli xit.quam multos autem fortuna restituit? Nunquā camillum Roma
exēplum . uocasset.sors illi & excidium urbis quis crederet:ac fremens per italiā
transalpinarum gentium furor:uijam fecit ad redditū:ut esset unus(uix
memorandum) cunctis exilibus:& bone spei simul & spectatæ erga in
gratiam patriam pietatis exemplar. Atq; (ut aliquādo ad nostro

Matheus rum temporum acta transgrediar) Matheus uicecomes mediolano p-
uicecomes tria præpotentis inimici uiribus pulsus:quam diu solus ac profugus:&
in summa inopia rerum omnium fuit? comploratus a suis:illusus ab
hostibus. Quem ferunt die quodam curarum plenum:præter ripam
Benaci lacus errantem : habuisse obuium superbi hostis nuntiū at
q; ab eo domini sui uerbis interrogatum : quidnam ibi tam inco-
mitatus ageret : nil aliud respondisse nisi se retia tendere . Quod re-
sponsum: tamen forte contemptui habitum:breui quid misterii ipo-
tarat inotuit . Ita ociosus senex unus.aduersarios suos omnes:ceu toti-
dem pisces esca spei inanis elusos:prudentiæ suæ retibus circuue-
nit. Alio quoq; tempore cum ad eundem nuntius rediisset: & percō-
taretur irridens quibus itineribus:aut quando esset in patriam reuer-
sus:tranquilla fronte respondit. Tu uero abi . dominoq; tuo nuntia
iisdem me redditurū itineribus quibus exiui:sed non ante quam sua cri-
mina p̄ponderare meis inceperint.Nec fefellit augurium . Siquidem
non multo post in immensum auctis hostium sceleribus: quibus in-
solens dabat alimenta fælicitas:mediolanum illis electis uictor ingre-
sus est:In qua urbe(ut uidel) usq; in hodiernum diem & nepotes domi-
natur.& filii.Nec in hanc narrationem incidisse ideo uideri uelim ut
uel tibi uel cuiquā uiro bono auctor sim aduersus quācumlibet ma-
le meritam patriam arma capiendi . Satius reor pauperem in exilio
mori:quam libertate turbata nolentibus imperare. Sed ut ueteribus
& nouis constaret exemplis non posse per uim exilibus spem aufer-

Attende ri. Et si animos difficultatibus obcessos ad patiendam erigit for-
Stephani tium uirorum recordatio accipe nanc etiam insigne recensq; aliud
Colūnae exemplum . Stephanus de columna sumum milititiæ decus cum
plurimas in omni fortuna gloriatus:tamen in exilio gloriissimus & admira-
nō imeri
o laudes.

bilis fuit. neq; enim una erat eius: & cæterorum exulum conditio.
Quibusdam extra patriam nobilibus tuto uiuere permittitur. hi cum
patriam reliquerint: laxiore retainent libertatem. Aliis arctior dicta
lex est: ut hoc: aut illo loco se contineant: illic habitantibus: nil duri-
us expectandum. Huic uero & patti interdictum: & nullus in orbe
terrarum tutus locus: nullus in tanta tempestate portus: aut refugiū.
Hostem habuit ut potentitem: ita in exorabilem: Bonisacium octauum
Romanum pontificem: quem armis frangere difficillimum: humili-
tate seu blandiciis flectere: nec possibile quidem esset. deniq; quem
nihil nisi sola mors uinceret: saeuitum est inhumane: petitumq; mo-
dis omnibus immerentis caput exulis. promissionibus. minis. potētia
dolis: auctoritate: pecuniis. ingentia persecutoribus præmia: tauri-
bus denuntiata supplicia. cum Stephanus nunc citra: nunc trans equo
za nūc disiunctissimas utriusq; maris insulas: Siciliā: Britāniāq; nūc
extrema galliar̄ soliuagus circuiret: egenus interea cuncta regnū: sed
prædiues animi. Itaq; cum apud arelatem: casu quodam in manus ex-
plorantium uenisset: interrogatus quis esset: nomen suum quod dis-
simulare poterat: multis audientibus dixit. seq; Ciue romanum intre-
pido ore professus est. Quanta autem: deus bone unus capitif maie-
stas quæ odiosas etiam & armatas manus a furore deteruit. Edicto p
posito sollicitabantur reges: Ne quis eum foueret hospitio: cuius ob-
tentu: cum sicilia decedere iuberetur: eo animo paruit. ut exul in ea
prouincia remansisse: rex abiisse crederetur. Sic illum: sic alios toto p
secutionis suæ tempore reges uidit: tāquam ipse rex esset. Altissimo
animo: nec ullis aduersitatibus contracto: & supra fortunæ fluctus e-
minente: prorsus ut uni sibi dictum uideri posset poeticum illud.
Aspice securus uultu non supplice reges. Quotiens Romæ: & per ita-
liam nuntiata mors eius erat: quotiens actū esse de rebus colūnēsiū
fama fuit & cum illo uiro egregiam corruisse familiam. Nulla usquā
de illo spes præter quā in solo ipsius pectore restabat. Nunquā tamen
inde discessit: quominus diebus ac noctibus uersaret animosa consilia
& omnem laborem obiret imperterritus. Vlto enim in medio rerū
suarum discrimē. A micorum bellis interdum: utriq; partium igno-
tus interfuit. & omnium confessione unius hominis presentiam est se
qua uictoria. Haud ambigua sed tibi ipsi quam mihi notiora recen-
seo. Quis ergo miserum dicat hunc exulem? cum quo tantus uirtutū
comitatus exulabat: quē post decennem sui experientiam in priorem
statum uera animi magnitudo nō fortuna reposuit. Sed quorsum
hæc tā multorum exemplorum conquisitio? Ut nemo presenti ma-
lo attollitus: uenturum opinione præoccupet. & mediocriter graui ex-
ilio: grauissimū malorum omnium desperationem accumulet. præser-

tim cum non solum uirtus operosa ea quae Stephanum ipsum in patriam reuexit: sed mutatis saepe popolorum moribus uel dissentio simul tantum: uel (quae feros animos mitigat) longa dies: incidentis cōmiseratio non digna patientium uel ipsa tacitae uirtutis admiratio: uel impensum ciuibus suis obsequium: uel publicae necessitatis occasio: uel aliqua uis fortunae: finem imponere possit exilio. Ne quis præterea: quod ipse depulsus sit: uirtutum suarum proiiciat ornamenta: graue cogitans præciosissima rerum in exilium ferre cum uiliora non liceat. Neq; enim nouum est: ut efferentes gemmas: atq; aurum urbana prædia & omnem inutilem: aut onerosam sarcinā in incendio reliquias. qd si aurū iter p̄ciosa numeradū esse p̄suasū ē hoībus: quid tādē d̄ uirtutibus iudicadū ē? uilius argētū ē auro: uirtutibus aur. Atq; cū nō sēp i exiliū ferre argentum: & aurū finamus quocūq; ferimus: uirtutes & bona animi ferre permittimur. quod fecisse uidemus eos: quorum tibi nunc exempla proposui: ut ad imitandum ex ardesceres: nec diffideres fieri posse iterum: quod totiens factum est. Licet in exilium: & in carcerem & in mortem ipsam ferre uirtutes. Licet dixi: immo uero expedit: necessarium est. oportet. Alioquin uere exules sunt: qui relictis his abeunt: uere inopeſ: uere infelices: & miseri. Nec satis

Laborioſe est quantum habueris efferre: plusculū exigitur. Vide quā accurate uiaticum parat peregre prefecturus. copiosior cupit esse: quo longius rati partas pergit. Optimū tibi in hac peregrinatione uiaticum ex uirtutibus cōstabit: quibus affluentibus: etiam si alimenta corporis desint. pauper es se non poteris. Haf. igitur congrega: his te undiq; fulcias. p̄clarā tibi fuisse olim scio multarum uirtutum supellestilem non importuna: nec difficultis: sed agilis: & amena res est. laborioſe (ateor) tanta res queritur. Cæterum postquā quæſita fuerit sine labore circumfertur. quæſisti uisti eam ab adolescentia: seruasti eam domi. Noli eam nunc senior. & peregrinus amittere: sed quantum habuisti: uel eo ampliorem: quo maior se ostendit necessitas perfer. quāquā id tibi nolenti sciā eueniturum sponte sua uiaticum quidem hoc nūquam usū cōsumitur. sed augetur potius. Est enim ex uirtutibus quæ usū pullulant: & in mediis difficultatibus crescunt: donec possessorem suū: ad supremum fælicitatis culmen euexerint. Taceo nunc exilii tui non spernēda solatia. Si sub arcton eternū illud Scithiae gelu: aut sub ardenti sole in hospitale mundi latus incolere iubereris. deniq; proprius licet. set extra italiā projectus haberes fortasse aliquid quod fortunae tuae posses obili cere. Nunc uide quam digna querela tua sit iussus es florentiam ire: & illi c manere: donec te populū reuocet. non ne animaduertis quantas grates agere debeas magistratibus tuis: qui te ocio longo cōsopitum excitarent: & ex diuturna consuetudine: maternis uberibus heren-

rem abduxerunt: tecum ex patria (ut pace tua dixerni) multū impari in
ciuitatem florentissimā transire uoluerunt. Hoc inquā prætereo: quo
niā sic sumus naturaliter affecti: ut incultum licet: ac desertū scopu-
lum: ubi natos nos educatosq; meminimus: omnibus anteponēndum
terris arbitremur. quod si aliquando error iste cessaret: ignosceres pse-
sto fortunā. imo uero ueniam peteres: quod beneficium suum non
ante cognoueris. Adde quod duos præclare indolis filios tecum edu-
xisti. Alterum iuueniem. Infantem uero alterū: per opportunis ætatū
gradibus distantes. ut scilicet cum illo cura & sarcinā partiri posses: cū
hoc etiam obliuisci. Hinc præsidium uides illinc solamen prosectori-
nis tuæ. Hii tibi dulcem patriam faciebant. Hos habes. quid requiris ali-
ud? expectas ut uxor pudicissima: ut parentes optimi: ut blandissimæ
filiae reuiniscant? Non illos tibi exilium abstulit. sed mors quam cum
totiens insultantem: & rerum tuarum dulcissima queq; rapientem ui-
ceris: non debes exilio uinci: quod te omnia uitæ prioris adminicu-
la: & præcipue natos tantorum pignorum reliquias auferre non pro-
hibet. Verum ego (ut dixi) & hoc solatum & omne quod fortunæ isti
bus subiectum est sileo. Scio quæ patriam abstulit In filios ius ha-
bere. redeo ad uirtutum stabiliora præsidia: quas tibi nec ciuium tuo
rum decreta: nec imperia tyrannorum. nec prædonum violentia.
nec nocturni fures eripent. Hæc si recum detulisti mentietur qui:
quis te exulem dixerit. Si autem reliquisti: omnis dies nouum aliquid
quod lugeas feret: omnis locus non molestus tantum: sed hostilis:
nec exilium: modo tibi: sed carcer erit. Vale.
Fran: Pet: Seuero apenninicolæ. S.P.D. Quod egre ferat exiliū ite & eū
consolatur.

Xcidisse tibi omnē spē video: quod quā recte patiaris: epistola
supiore testatus sū: doleoq; nil illā tibi remedii cōtullisse. Nec Fidēmedi
satis scio utrē i medico: an i egrotāte sit uitiū: q; si ad salutē pue-
nire cupit: credulū se cōfiliis & obsequētissimū medico & legibus p̄sta co abægro
re debet. Ego qdē i illa id agebā: ut dimissa patria: spē seruares: cuius tā
ta uis ē ut p̄fetes molestias nō sētiat: dū sibi letiora p̄mittēs: uenturū
t̄ps cogitatōe cōpletebitur. Quid aut te spare, phibebat: patriæ ne relegā-
tis aperitas? Quenā uero seu quid prouersus est tibi: p̄ter hoc unū exilii
nomē ablatū illatū ue quo doleas? An ad hæc tibi clarorū uiro & exē-
pla desuerant? Set multa ante oculos posui & plurima ponerem: ni-
si illa periissent ex quibus agnosceres spē bonā euētus habere fælicif-
simos. An uero timuisti patriā tuā sine fine sentiturā: quod tantillū
ex solita dulcedine remisisset? Sed an ignorabas: nulli natorū patres
esse mitiores: quam ei quem semel male tractauerint? Nullius amo-
rem magis ardescere: quam eius qui erga bene meritam sē gessit

EPISTOLARVM

Attēdēnūl asperius? Ante magis exterruit edictum patriæ: quo pænis adhibitis ca
 gi morē in uetur: ne reuocandis exilibus mentio ulla fiat ad populum: Scire
 prio rerū autem debes populorum uoluntates sicut ingressu frementes & uarie
 cōgressu. sunt: sic progressu faciles & instabiles fore. Sed est quedam in animis
 mortalium: quā & tenuiter uideo: & uerbis consequi nequeo miserabi
 lis & funesta pueritas aures: obstruētiū aduersus salutares cōsolatorum
 uoces atq; omnibus modis id agentium ut miseriores siant: ne ue ali
 quid quod dolorem lenire possit obrepat: quo nihil excogitari po
 test (ne dicam dementius esse) Nunc uero quoniā sic te affectū inue
 nio: ut desperationem reditus tui pro quadam (ut ita dixerim) uolu
 ptate suscipias: ab illa parte manum retraham in qua multum intra
 etabilem: medicamenta nil relevant. Quid autem prohibet illorū mo
 re qui uno aut altero membro perdit: ne per reliquum corpus iſecte
 partis contagia dilabantur: proxima circumliniunt: uulneris quoq;
 tui oras ambire: & (ne in totum animū dolor serpat) cōquisitis prope
 fomentis occurrere. Noli queso trepidare. nō illuc digitos inseram
 ubi tu forsan expectas: Nihil contra opinionem tuam hodie dictu
 rus sum. Illud potius ne cum unius rei desperatione: cæteras omniū
 subeunte fastidio: totius uitæ tuæ tranquillitas pereat enitor: quando
 ita uis: ut redintegrande tibi spei: nulla mihi spes supersit. Finge ita
 q; in exilio uiuendum tibi: in exilio moriendū. Habet credo: quod pe
 tis: ut me fauente: reditum in patriam desperare tibi liceat. Ver (ut cu
 mulatiū mos geratur egritudini tuæ) indulgebo tibi amplius: non
 ut in tantum exilio sed toto diuisus ut orbe a terra moriare tua hoc
 tibi barbara tellus incūbat: plus ego quam tu ipse dolori tuo permisi
 tu letius nihil: ego etiam tristiora proposui. nec tamē uideo: quid in
 hac re tam miserum sit: ut uitum fortem cogete possit ad lachrimas.
 Certe si aut insani amoris: aut ambitionis facibus ardere te crederem
 quæ procul a patria cōflagraturæ uiderētur intēsius. uel si exiliū comes
 inopiam sequeretur abeuntem: multa mihi simul cōtrahēda fuerant
 quibus seu blandum illud: seu uentosum malum mitigari posset: seu
 præstari solatium paupertati: Quæ quamquam mihi dictu facilia
 uideri: & tibi auditu credibilia debuissent: non tamen facile uario
 rum remedia morborum his explicabantur angustiis. quam tristis
 enim es: quam luctuosa sit: iste quem amorem dicimus: quam mi
 serabiles exitus inueniat: quā suciata & mendaci fulgore celata sit: quā
 nihil eorum: quæ pollicetur: præstare possit ambitio: quā magno ani
 mo tollerabilis sit paupertas: non potest a quoquā hominum breui
 ter dici. In presenti uero quādo nec amoris flammæ morum tuorum
 grauitas nouit: & si quid olim tale sensisse iam ætas extinxit. ambitio
 nis præterea suspicionem: honorum per omnem uitam fuga non re

cipit. Et paupertatem remisit patriæ pietas. magnus mihi labor uberioris consolatiōis eximitur. Patria tua nullo te alio affecit in cōmodo: quam ut eius careres amplexibus. omnia tua: aut tecum sūt aut tibi seruiunt: non illa solum dico: quæ nec etiā poterant magnanimitatem: modestiam: aliasq; uirtutes: quæ siue Bias ille sapiēs (ut Cicero: ut Virgilius: utq; omnes: siue (ut Seneca: ait) Stilbō: incensa patria profugus: sua secum se ferre gloriatur. sed uulgariter intelligo tua: etiā quæ de fortunæ manibus accepisti. ueteris enim patrimōii dominus: perinde locuples exul excedis: ac domi fueras ciuis. Ac nescio: an eo forte locupletior: q; māentibus diuitiis: sumptus est parcior. Accedit q; maior pars hominum: non prius se cadere posse: quam tota ceciderit: suspicatur. Tu uero non cecidisti sed impulsus es. Integer igitur: ac rectus sentis iam (ut arbitror) nutare fortunam. & quam fragilibus fundamentis inheseris: cum tibi magnus uidebaris itelligis. nec deinceps dubitas: eā q; ipulit posse prosternere. Ita (qd' rarissimis cōtingit) exul diues & cauator uadis ut facile duobus grādibus bōis malū unū: & illud exiguū cōsoleris. si qd tu in uita bonū nisi uirtus aut malū aliqd nisi uirtutis oppositū dici debet. Vade itaq; securus non te repetet patria nō reuehet casus. At uero quod tantopere desles: exilium & pertinax illustrabit iuria. multos magnos uiros calamitatis fecit. multos declarauit. nemine ex diuerso miserum fecit aduersitas sed detexit: nec latitate diutius passa est. Quid palles? quasi magnum in te ius habeat fortuna. Nō illa partes iudicis obtinet: sed testis. qualis sis in tua potestate est. non ē i illius quale de te testimonium ferat. sed ut ferat tantum: mentiri non potest. loqui potest. Quis autem nisi culpæ sibi cōscius: testem metuit uere locutum? nō est quæ te ad ignauiam cogat. est quæ digressus tuos di numerat. pacientiam exerceat suspiciat aut despiciat pectoris tui robur: demū populo referat quicquid inuenierit. Erige animum discute tenebras errorum popularium: non pateant aures tuæ mulierularum uocibus. nunquam letus eris: nunquam securus: si te populo regendū tradideris. Quicquid magna pars hominum aut miratur: aut metuit: ridiculum ē: quicquid prædicat falsum. cōmictē potius te paucorū cōsiliis. nō sunt ut uidentur ista terribilia: inter quæ uulgus exilium numerat. & si lectio longa non profuit experientia proderit fortasse. Noli semper terram itueri: interdum oculos attolle. cōfestim ueritas occurret. & exilium nihil esse fateberis: nec peius uiuere uirum bonum quātūlibet, percula patria: immo uero non posse extra patriam uiuere cui totus hic orbis est patria. Quid enim refert q; diuersa parte consistat: ualleſ qui dem & lacus & flumina: & colles alios uidet: cælum unum est: illi se interfert illuc animum exigit: eo cogitationes suas ex omni mundi parte transmittit: nec aliud quam sub tecti unius amplexu ex alio in aliud

Quid bonum quid ue malum in uita dic possit

EPISTOLARVM

thalatum transiisse se cogitat. Tu quoqs(nisi meam & multorū spē diutissime fefellisti). Absit ut ad unum huius imensi edificii angulum sis astrictus: quominus ubicunqs terram sub pedibus calcaueris: ubi cælum supra uerticem uideris ubi te spirabilis aura perflauerit: patriā tuā uoces. Erit igitur exilio tui non solum facilis: sed iocunda conditio cū enim duo sint: quæ hominum affectū ad beniuolentiam excitant. Vir-

Nil uirtute amabilius ex Ciceronis dicto. scilicet qua (ut ait Cicero) nihil est amabilius: & immenseribus uiris inficta calamitas .quorum primum facit ut amemus: miremurqe claros uiros secundum ut misereamur afflictis alterum in hac tempestate tibi aderit. Alter adesse uidebitur. Virum fortē sentient omnes exulem dicent & sane (si quid Tullio credimus) inter omnes uirtutes

Fortitudinem cetera rū uirtutū primā ciceronis auctoritatem. fortitudinis splendidissimus uultus. est rursus iter hominis erumpnat: nō i ultimis numeratur exilium. Aut ego fallor: aut optandum ē ne forte recēshæc ciuium tuorum ira lentescat. ne ue tibi hoc exulif nomen casus aliquis eripiat: in quo miseriæ nihil fauoris autem & gloriæ uidet esse quam plurimum. Sed laborem inquis: atque ignominiam re-

formidat animus. primum nego tale hic aliquid inesse. ubi oblatam tibi magne laudis materiam ac generosam fuisse linquendæ patriæ causam: alto animo obiectam tyrannis contumaciam scio. Vbi præterea oculum & quas semper optaueras: laborum ferias inuenisti: deinde qui ignominiam timet quam peperit uirtus: fame non uirtutis amicus est. qui uero labores refugit: optare desinat gloriam ad quam certe difficultis: sed clara (ni fallor) & delectabilis uia fert. Tibi quidem unus (ut dixi) singulari quadam pretogatiua: ingens gloria nullis molestiis: nisi forte quas tu ipe tibi finxeris queritur. illud enim uereor ne alienis potius: quā tuis oculis suscepsum uulnus aspicias: & casum tuum alieno metiariis arbitrio: quæ adeo quotidiana pestis est: ut ad clamorem alienum plerique titubent: & multo prius concidant: quam impulsi fint: quā quam satis impulsus uideri possit: quem tot hominum millia pessimis opinionibus perurgere non desinunt. sed ut ualde imbecillis uirium est quem lenis aura prostrauerit. Sic prorsus insanum animi scito: quē uideris res suas aliorum: & presertim ignorantium ponderare sermonculis: qui quo frequentiores sunt eo cautius contagiosus morbus euittandus est: passim tam multorum hominum corda corripiens. Si alios audire uolueris: non deerūt qui fortunam tuam multiplicibus onerēt quærelis: qui te incolumem: atque optime ualētem lugeant: qui semineces uelut feretro uiuentis assideant. Audies noxes miserabiles: uidebis forsitan & lachrimas: aut simulatas: aut amentiae proximas: miser esse incipies quia miseris aurem præbere cōsueueris. Nihil enim sere ē quod conuictus assiduus in hominum ingeniosis non possit quod si te ipsum consulere: tecūqs quam cum aliis loqui malueris: nunquam definam de te grandia spare teque felicissimum iudice te dicere: & inuidiosu ma-

gis extimare quam miserum. Et si ad credendum aliis pronus es cur & mihi non credis: ueriora simul & gratiora referenti? Non tu (mihi crede) corruisti: nec corrues quidem nisi uelis: nullam ignominia passus es: sed adeunde gloriæ pennis i limine optione habes: ut & glori os incedas an retrocedas i gloriis. Nō labor ē iste: sed reges. nō exiliū sed libertas. Quam olim mira celeritate fugientem quærebaris occur rentem ultro complectere: & quæ tanta fuit Romam tibi causa uide. Quo nam di: libertas quæ sera tamen respexit inertem. Ille in sermone pastorio: loco quæ ut libertatem inueniret: patriam se reliquissime gloriatur. tu philosophus reda sit lides. Vixisti aliis diu. incipe iam tandem tibi uiuere. Nemo properat bertas: ex se te arguet qui nec prius incepitis quam pastor ipse maroneus. sed cā Vergilii didior postquam tondenti barba cadebat. omne tempus ab ineunte ueru . etate ciuibus tuis cōdonasti. erubiterunt inextimabilis rei perpetuam largitatem: & ut longæ uitæ reliquias: saltem tibi habeas decreuerunt. Agnosce ciuitatis animum & hinc propriam erga illam munificentiam contemplare quæ tanta fuit: ut elegantissimas licet sui manus perseuerando laxauerit. utere latus imunitate tibi nūc concessa sic patriæ tuæ menia: tāquam inquietum libertatis propriæ carcerem: recordare euā s̄isti. Et (quod magnum est) contigit iubentibus abire custodibus. insani: si quid forte committis: ut redeas. Ad illa potius te cōuerte q̄bus a dolescētiā dedicaueras: q̄ robustiores annos tuos fecissent utiq̄ trāquil los: nisi quā adhuc desideras: patria uetusset. Faciēt aut pfecto placidis simā: & uenerabilē senectutē: nec exiliū modo: sed fortuitarē terē oīum cōtēptricē. de studiis liberalibus loquor: & p̄fertim de illa pte philo phiæ q̄ uitæ magrā ē. Hæc tu nūq̄ aio p̄suis iter miseras. & si parump ab eis te ciuiliū negociorē ipetus arceret. nūc uero his (quōdā nihil obstat) totus incūbe: teq̄ melioribus auspiciis nouæ uitæ offer. & talibus aiūm exerce muneribus? Relege ueterū historias: quātas emulatiōes Romanoꝝ ducū: & qdē illustriū: hinc repperis exortas: q̄ aut se qſq̄ quā primū extra patriā mitti ueller: aut serius reuocari. Cur qſo? nisi quia dulce natalis soli caruissē dulcedine: dū latiore alibi uirtutis exercēde materia iuenirēt. Celebratis cōitiis solebāt cōsules puincias sortiri. & illā generosior aiūs optabat i q̄ piculi plurimū uidebat: nō q̄ p se qſquam hoium nisi amēs: picula seu difficultates eligat: sed q̄ uirtutis splendor i illis facillime uideatur apparere. Qua pp siue exiliū hoc tuū lene ē. & ipotuna q̄ rela ē: iter blāda uociferatiū. Siue durū & molestū: qd' populus asserit: ego aut aduersor: nec tū ideo: si qd usq̄ uetuste idolis remā sit erit uiro digna quaerimonia: oblatū sibi sponte deplorantis: quod aliis ambitur. locus hic quem tibi magistratus ordinaret prouintiā tua Aduerte est. non possunt omnes cum ingenti exercitu in Africam trāsire. de tra fere oīs ro stoq̄ ex italia Hānibale: infestam oppugnare carthaginem. non pos manorū triūphos.

EPISTOLARVM.

sunt alias ex aliis propagando uictorias. nunc rebellantes hyspanias: nunc obessa prædonibus maria: nunc armeniam ac iudeam: & totius orientis regna penetrare. Non omnibus datum est: aut fractis numidiæ uiribus & continuatis imperiis a meridie i boream atma transferre: breuisimoq; tempore: tinctum libico sanguine gladium: theotonicis ac cymbricis mersare cruoribus. aut gallicis late perdomitis: & regibus ad uiolentam confessionem Romanæ uirtutis adductis: hinc rheni: illinc oceani claustra perrumpere. & germaniam: atq; Britanni am uno impetu calcare. nec omnibus contingit: ante currum reges captiuos agere. Hæc enim Scipionibus. Pompeis. Mariis. Cæsaribus. Emiliisq; reseruata sunt. his & similibus uiris abséribus certamen fuit cum hoste longinquo: tibi cum exilio pugna est: cuius impetum non feres modo: sed repelles & conteres si cupias quodcunq; necesse est. Si animo tuo persuaseris unicum aduersus aspera clipetum esse pacientiae: & illam saluberrimam Cleantis uocem in latinū: ab anneo Seneca translatum in tuum pectus alte demiseris. ducunt uolentem fata: nolentem trahunt. Vale.

Fráscus Petrarcha Io. Columnæ summæ religionis uiro. S. P. D.
Animas multa pati ex corporum societate.

Xitinere medio redeuntem epistolam tuam: audiissime suscepisti: optabam enim solito etiam ardenter statum tuum sperum audire: q; amoris comites zelus: & timor per absentiā crescent Angebar autem & turbatum erat cor meum: quoniam & turbatum te discessisse noueram & hos qui turbationi tuæ materiam præbuerant. nefarii uoti compotes uidebam: sub oculis meis uelut triumphaliter obseruari: q; & te i exilium pepulissent: & me presentia oris tui conuictusq; sobrio: ac delectabili spoliaffsent. Terruerant quoq; me uisa mea: & sompniorum ymagine: quæ turbulētæ misericordis: & infeste semel & iterum: animam dormientis impleuerat non q; ignorarem somniis temere non habendam fidem. sed sic est. hoc iter i gressus sum: iter dico: uitæ huius labentis ad mortem. in quo & estuare oportet: & algere. & famem. & sitim: & sompnum: & sompninas: atq; ambages & quietem turbidam sentire. deniq; multa pati: donec illa dies: expectata piis: formidata nocentibus: mortalem huic nos exuat amictum. & animos nitentes ad supera de compedibus tandem huius caliginose stationis eripiat. Interea fateor: nec longa est uia passionum insultibus quicquid de his: aut sedandis: aut tollendis physiologi disputent: quicquid in se alii sentiant: adhuc ualde sum obnoxius. hec mihi nascenti lex cum corpore data est: ut ex eius confortio

multa patiar: aliter non passurus. Secretorum naturæ conscius Poe Cita' us ex ta: ubi animabus humanis inesse quændam igneū uigore: & celestem sexto ænei dixit originē: excipiendo subiunxit. Quantū nō noxia corpora tardat dos uersus Terteniq; hebetant artus moribundaq; membra: hiic metuunt: cupiūtq; de aie & dolent: gaudentq; neq; auras. Respiciunt clausæ tenebris: & carcere ce corporis eo. Sic eram igitur admirans: q; de te post digressum tuum: aures meas admixtio nullus rumor impulerat: dum ecce litteræ tuæ mihi oblatæ sūt. Agno/ ne ui signum. & iam secundior legi. Cæterum quia nuntius mirum in modum festinabat: & res pluribus uerbis egere uidebatur: responsionem distuli in diē alterū: quā iā hīc tripartitam fore prouideo. q; tua quoq; de rebus uariis triplex est quærela: unū quod breuiter dici poterat non sūit consilium differre: me scilicet peccato & meo & nodis implicitum. nōdū importū potuisse cōfugere. Sed in eadē tempestate qua me discedens reliquisti: iactatum fluctibus herere: ne quicquam sepe retentantē uela facere. si quis meus uentus ab occidente consurgeret: hoc tamen solo letum & deo gratias agentem: q; te saltē per multos labores: euafisse uideo. q; nauicula tua ex eisdem periculis ueniens: aut portum te net aut pleno subit hostia uelo. deinceps expeditior casibus meis occurram q; & consequendi desiderium incessit: & geminæ sollicitudinif dimidia parte liberatus sum. Vale.

Franciscus Petrarcha. Iohanni Columnæ. Viro religioso. S.P.D.
Amicitia: amicorū absentia non defraudari.

Perabam ex te magnificū aliquid audire. Sapiētia enim tua iam pridem mihi uidebatur: finē impositurā querimoniis. quibus stolidū uulgus: & ingratū psonat. lōge uero fallebar (ut uideo) atq; utinam submissum liceret ab alio suspicari: & non propriis tuis digitis quærulū illud chirographum cōstaret. in quo rē unā exigua multis uerbis pene muliebriter deplorasti. cuius lamentationis summa est. tē a cerimone atq; icōsolabiliter doluisse: q; huius extatissimi atq; optim ducis nostri: meamq; & amicoq; faciē uidere defieris. Motum te de digressu subito turbatūq; nō dubito. mansuetudinem maniq; animi: & suauitatem morum tuorum noui: qui oīo cum ulla severitate: aut habitu mentis asperiore nō conueniūt. Vnde tamē hic tam immodicus dolor non intelligo. Innumerabiles causæ segregant amicos Amicitiam ueram nullæ: quā p̄sente amicus absens eē nō poterit: quantū enim locorum interuallis ab amicorum cōuersatione disiungimur: tantum absentiae detrimentum assidua commemoratio ne discutimus: cuius si tanta uis est: ut morte superata: defunctos etiam amicos: pro uiuentibus celebremus. quod post obitum Iunioris Africa

d iii

Amicitia
ne absētia
quidē se
parari pos
se ex Lælii
& marōis
auctorita
te.

Lelii uer ni : sapiētissimo: & oīum Romano & i amicitia glorioſiſſimo uiro Le
 ba d' extic lio docēte didicimus : quid tā magnū est si absentia ſimilitet uicta: lo
 to amico. ge poſtos amico & multus pro præſentibus habeamus . Apud Poetam
 ſcriptū eſt . Herent in fixi pectore uultus : uerbaq; & itege . Absentē abſēſ
 auditq; uidetq;. Ergo iſanuſ & obſcenuſ amor hoc poterit: piuſ ac fo
 briuſ nō poterit: imo uero multo ampliuſ eodē Poeta dicente . Ante le
 ues ergo paſcentur in atere cerui . Et freta deſtituent nudos in litore
 pifces . Ante perratis abo & finibus exul . Aut ararim parthus bibet aut
 germania tigrim . Quā noſtro illius labatur pectore uultus Lelius ipe d
 amiciſſimo uiro loquēs . uide quibus urbis utatur . Virtutē inquit illius
 uiri amaui: quae extincta nō eſt . Tu quare nō dicas . uirtutē illius aut il
 lorū amo: quae abſens: aut longinqua nō eſt ſed ante oculos meos, oī
 tpe uerſatur: & in honore ſemper erit apud me . At iocundiſſimū eſt
 amicos pſentes habere: intueri frontem: atq; oculos: uiuis eos uocibus
 alloqui. & colloquētiū admotis auribus uerba percipe . Neq; enim (qn
 in hac re poeticis teſtimoniis uti uacat) ſine quadam ai dulcedine le
 gimus : Anchisen filii occurſu alacrem: tensis ad cælū palmis: & proſu
 ſis lachrimis dicere . datur ora tueri nate tua: & notas audire ac redde
 re uoces . Nec ego quidē aduersor dulciſſimā eſſe pſentiā aīcorē: quiſ
 enim hoc negauerit: niſi inhumanus idem: ac feruſ? Sed tu mihi nega
 bis: abſetiā quoq; ſuas habere uoluptates? niſi totā fortassis amicitiae
 pulchritudinē: quae latiſſime patet ad oculos ſolos reſtringimus: & a
 ſede eius: quae eſt in aio ſeuocamus . quod ſi fieri cepit: anguſtissima q
 dē area reſtabit ubi ſe amico & caritas oblectet . (Vt enim mortē: ut car
 cerem: ut egritudines: ut peregrinationes ſeu neceſſariaſ ſeu uolūtariaſ
 ſileā) qſ quotidianas naturae neceſſitateſ ſompnū: famē: ſitim: aeftuſ: al
 gores: laſſitudinē quiſ ſtudiorū alia & q; terū occupationes inumeras
 explicet: quibus etiā in eadē domo nē dicā urbe degētium: nec uultus
 aſpicere: nec ſemper uoces: audire permittimur: ita xui breuiſſimi re
 peritur amicitia: quā lōgiſſimā uitæ nō equaueā modo: ſed (ut dixi) ſu
 pſtitē eſſe decuerat . Quiſ autē locuſ in amicitia relinquaretur: Appio ce
 co? (cæteros enim in eadē cōditiōe poſtos taceo) Ille mihi p̄muſ oc
 currit: que oīo credibile non eſt q; oculos nō habuerit: nec amicos ha
 buiffe: qui uniuersæ rei publicæ talis fuerit amicus . Quid eſt ergo
 q; tantope lugeas abſetiā? quiſ hæc tibi poſſit amicitiam ſubriperē
 cum nihil illa neq; in hac cæteris rebus tuis: niſi quantum tu ſibi pmi
 ſeris poſſit . Memēto potiū quæſo: non quam longe ſiſ corporeſ quā
 uis quid lōgiñquum uideri poſteſt: in hac puncti unius breuitateſ cuius
 noſ homineſ: uix integrā particulaſ incolimus) ſed eſſe in tua poſte
 ſtate ut animo & cogitationib⁹ preſenſ ſiſ . hoc igitur uno quo
 poſte in odo noſ iugiter aſpice litterarum identidem frequenti co

mertio te ipsum nobis ostende. Vale.

o Fran. P. Iohan. Columnæ. S.P.D. De futuris expectatiōem amputan-
dam ut quietæ uiuatur

Oleſtissimam moram traxiſſe te nicię indignando descri-
bis) p mēsem integrum expectantē aliquam nauę: que te in
italiam pferret. Atq; in italia tunc eras: dum ad italiam suspi-
rabas: ita dico si (qd' poetis: atq; cosmographis placet) Italiae
terminus uarus est: intra quę a parte italiæ ciuitas illa fedet. sed utiq; de-
re cōstat: interiorē italiā i aio habebas: & p italia Romam dicere no-
luisti. Sétio iam morbi huius originem. expectatiōibus enī talibus plēa
esse solet adolescentia. q̄rum illi ætati: q̄lis qualis uenia debetur. senectu-
ti autem quae omnes spes suas iam post tergum spectare debet. omnis
lōga uitæ huius: & anxia expectatio feda est. Tu itaq; senior d te uideris
Ego iunior de me loquar: qui adolescētia iam exacta: ætate tuā adhuc
longe (si quid hic longum est) ante me uideo. Cæterę quo ratus passio-
nis huiusmodi molestias expior: eo frequentius ueteris mali reliqui-
as incuso. eoq; certius intelligo: uirum prouectum: nec præsentibus frā-
gi: nec futuris angi. sed utrumq; tempus equa fronte despiceret: & qc
quid secum uel attulit uel p̄misit: paruipendere. Præsentia taceo. quo
niam sermonem de futuris institui. quae mentes hominum uanis expe-
ctationibus suspendunt & inquibus (nisi fallor) ridiculosius erratur.
Expectans aliū peregrinæ nauis aduentum: totis diebus undas prospic-
cit fluitantia longe (ut est apud Lucanum) Semper prima uidens ue-
niētis uela carine. Alius iam iam moturus a litore: serenam cæli tranquil-
litatem: uotis omnibus exposcit. Iste nulli honesto negotiō intentus id
agit semper quod agebat olim classis yliace magister: surgit enim im-
piger & (ut ait Vergilius) omnes explorat uentos atq; aribus aera cap-
tat. Sydera cuncta notans tacito labentia cælo. Alter beati senis herens
tabulis: segnem mortem increpitat. Alter nuptias: aut partum coniu-
gis. Amicē noctem alter expectans: dies horas momentaq; dinume-
rat. Quid multa? Meministi credo in philogia nostra: quam ob
id solum (ut curas tibi iocis excutetem) scripsi. Quid tranquilli-
nus noster ait. Maior pars hominum expectando moritur. Ita
est paucissimos inuenies: qui non toti ex incerto pendeat. Alexan-
der Macendo Iulius Cæsar. Multiq; alii: uel nostri: uel extermi-
duces quam multa parantes ab hac luce subtracti sunt. Et
mediis eorum conatibus mois occurrit tanto (ut mihi quidem
d iiiii

Attēde ex
pectantiū
studia.

EPISTOLARVM.

uidetur) difficilior: quanto insperior. Hinc est quod idem ille Julius Cæsar: fragili carina: in ancipi tempestate deprehensus cum mortem timere cepisset: hoc unum uidetur lamentari: q̄ ingentes abruperit: ac tus: festinata dies sati. Nouerat poëta: quid maxime tali uiro: aut molestum suisset in eo statu: aut esse debuisse. idq; potissimū quæreris in seruit. una est autem aduersus hunc morbum medicina: primo gustu fortassis amerior: haustu autem & dulcis & placida. Animū a terrenis abducere si fieri potest. si minus auellere atq; extirpare radicitus: quam uis enim hoc plerūq; cum dolore & offensione sensuū fiat Raro tamen (ut uidet) amissa corporis: absq; molestia restauratur: quanto minus aie fatus: in quam & uehementiores morbi: & frequentiores incidunt. hoc igitur fac: & præsenti letus: nulla futuri temporis expectatione torquæ beris. In italiam inquis transire uolo. Nauim expecto: uel quietum māre. Sic dices: si cor tuū rebus mundanis adhuc uisco consuetæ delectationis inheret. At si sursum nititur dices in italiā transire uolo. quid enim magis expedit: nouit deus: homines ignorant. Nauim aliquam sed non minus aliquē expecto: qui nauim non uenturam nuntiet. & utrumq; rumorē equis auribus excipiam. Sed habeo inquies in italia magnum aliquid agere. Iam si quid tibi phylosophiæ studium contulit: uides (ut arbitror) quod extra Italiā geri nequit: magnum esse nō posse. quotiens me ad unum locum coarctaueris definit esse magnus conatus: qui inter angustias cogitur. Sed uolo in italia saltem mori & patria tellure contegi cupio. Qui hæc dicit adhuc italus ē: uir magna nimis nondum est. quid enim puerilius: quā curam gerere: ubi capillorum & unguium purgamenta: ubi sanguinis superuacui uasculum deponas: ubi ipse iaceas non curare? Certe si corpus consideras: tua nihil iterest ubi sit res a te olim possessa: nūc aut̄ derelicta si pateris: si reluctatis ablata: si uero aīum respicis nullus eum locus: aut stringit aut laxat angustus. & si uae ad calū: ascendēdum: siue ad iferos discēdendum sit: undecūq; discedat: unus est labor. Sed dulce est suorū manibus sepeliri quædā: dulcia facit non insitus sapor: sed corruptus māducatiū gustus Quid dulce dicitis: aut nihil sentienti: aut oē huiusmodi obsequiū contēnenti? Vna oīum est (ut ad prōpositū redeā) expectantiū cōditio: dū uentura prospiciūt: q̄ sunt ante oculos nō uident: dāmū certū sub ambigua spe. Hæc qdē utiq; transeunt. Illa aut̄ raro plena fide succedūt: adeq; uel superuacua fere sunt: uel dāmosa: & incipit nostrum recasura q̄ cupimus: ut sicut sc̄e: reiectas idignatio: sic libitum pueras: uel fasti diū: uel iprouisa pnities sequatur. Adhuc igitur oēm spem: omne desi deriū auerte ab his fallacibus bonis. Incipe unum solū: & uerū & sūmū bonū optare si tamen usq; adhanc etatē rē apprime necessariā distulisti tūc discurredi libido cessabit: & odiū lōgioris moræ: tū uero nō modo

Niciæ : sed (si ita sors tulerit) inter libicas syrtes : sine molestia stabis : rebus tuis cōtētus : nihilq; aliud requirēs. Dicet aliquis: nunquid illud saltem unū quod memoras: bonū expectādū erit ut præsens p̄fēti gau dio: desideratē aiam impleat? Minime. Si enim plene desideras: si san te: si sobrie (aliter quippe tāta res optari nō pōt) iā quod petebas tecum est. intus in aīa illū quē diligis quāre: & inuenies: nō est ut eo potiaris exteriū euagādū. Et si quid forte restat adhuc: quod amplius uelis: aut cumulatiū expectes: erit expectatio illa: suauis & iocunda. Qui ad hāc regulā se formabit locus e cunctis mortalibus: quotiens exacta luce cur biculū intrabit: de preterito quidem dicere poterit securus: Vergilianū illud a Seneca relatum. uixi & quē dederat cursum fortuna peregi. & d' futuro illud horatianum: Craf uel atra nube calum patet occupato: uel sole puro: nec unquam uenturi studio: p̄senti oblitus: aut sibi: aut aliis: inutiliter ætatem aget. Vale.

Fran. Pet. Ioāni Colūnæ. S.P.D. Ea quæ accidunt aduersa equo aio ferenda: nec naturæ leges accusandas: cum tam bona quam mala ex his proueniant.

Verelāg; tua & uocibus plenus sum: iā res ad fastidiū inclinat iam mollitiem tuam ferre non ualeo. Neq; enim aliter: quā si in hāc uitam nuper intrasses ad occursum rei cuiuslibet ex pauesciſ. pudeat inter lamenta senescere: imo uero pudeat oī senē pueriliter lamētari . puerorū est: ad oīa quæ uiderint obstupescere Pueris oīa Quippe quibus noua: & admiranda sunt oīa . Senibus & presertim eru esse noua ditis: nihil nouū aut inopinatū euenire solet: nihil itaq; stupēdū. Nihil senibus au deplorandū. Vnde igitur tot quærelæ de rebus assiduis: & scd'm natu tem nihil ræ statuta fluentibus: portenta mouēt aīas interdū: Si bicipitē puerum noui eue. Si quadrimanū uides: miraris hymbrem lapideum: bouis uerba: mulæ nire sole, partū: in animalibus legimus. quotidiana despiciamus. Tu quid uidisti. p re. pter quod nunc totus in admirationem & lamenta conuersus sis? Ad mirando quidem: admirationē tuā cogis ut admirer. Non tam graui ter in alio ferrem immoderatū hunc stupore. Qui totiens mare transi sti totiens e mediis periculis enatasti: totiens e fauibus mortis ereptus es. Admirando & fortunā tuā accusādo describis: passum te maris ma gnā: & (ut satyrici uerbo utar) Poeticam tēpestatē: atq; ad litus unde di fcesseras: flatu cōtrario impellēte relatū . hanc tu maris iniuriam existi mas? natura ē. digniorē quærelæ cām p̄ferres: si uel illud tibi cōtigisset quod quondā cāsarea classis: inter italiā greciāq; substinxuit. quādo p Hadriaticū mare glaciali uelut torpore cōstrictū cursum expedire non ualuit. Vel illud quod terra sub pedibus tremente Pompeianus exerc.

EPISTOLARVM.

tus tulit in libia ubi nullus pōt cōsistere miles instabilis: raptis etiā q̄c
calcat harenis. Nunc uero si per terrā rigidos lapides : aut tumētes col-
les: si per mare fluctus incōstantiam pertulisti. Nihil est qd' laumenteris
tanquā iniuriosa tibi fuerit elementa. q̄ naturae potius suæ paruerint:
quā uolūtati tuæ. Altera littera tuarū pars nō minus delicate: ac flebi-
liter: te cū iā pisis applicuisses: i morbū diutinū incidiſſe memorat. nō
aliter quā si i ætate tā lōga quid morbus eēt ignorares quomodo aut
se aduersus mortē p̄parabit aius. iter hæc quotidiana tā quærulus? sed
(ne latius effundat: amplissima enim res est: & uerbor̄ egens) Accipe
breuiter: quæcūq; de his quærelis a me ipſe diffusius dici solent: nimis
faciles sumus: ad accusandū naturā: nemo deflet q̄ nascitur. Nemo q̄
uiuit. At q̄ egestatē sentit: q̄ labores patitur. . q̄ senescit: q̄ egrotat: q̄
moritur quiſq; cōquætitur: q̄ si scd'm naturā minus ista quā illa sint. Et
nasci: & uiuere: & comedere: & esurire: & dormire: & uigilare: & labora-
re: & senescere: & egrotare: & mori naturalia sunt ut nemo his morta-
lium uacet nisi cui forte senescēdi necessitatē: laborūq; molestias: &
egritudinū necessitas mortis præcipitata remiserit. Quid igitur intiles
quærelas effundimus? an quia nobis solis ista contingūt? solis nobis
lūgere permisimus? An quia oībus: cunctor̄ simul in nos lamēra trāf-
fundimus? & uelut humani generis procuratores: naturā accusamus i
meritā? odiosum sane negocū & importunū. Illa enim mitissima. nos
beneficia eius per impatientiā exacerbauimus. in parētē optimā ingra-
ti: in nos metip̄sos impii. Oro itaq; pater amātissime. & si ætate hāc
nō dedecet: etiā cōfuso: ut quicquid euenerit: inducamus in aiūm fer-
re fortiter: ferre moderate: ferre sine eiulationibus: & sine ulla lamenta-
tione muliebri. Habuimus enim deliberandi (& gratias xpo) habemus
adhuc deliberata exequēdi spaciū: & licet uulgus insaniat: sunt tamē
nobis aliquāto magis sobrii consultores: quoꝝ potius monitis obſe-
quēdū est. Nec te mouea ūita mea. quotiēs epistolās meas legis: nec
in frontem respexeris ista suadētis. Vidisti enim interdū pallētē medi-
cum: qui suā nō poterat: alterius egreditudinē curare. Vale.

Medicū et
malesanū
alterius
morbū cu
rare solitū

Franciscus Petrarca Iacobo Columnæ. S.P.D. De uariis rebus re
scriptio ibiq; nō pauca de laudibus urbis Romæ.

Emisopitū epistolæ tuæ clamor excitat quā iocoſis refertam
cōuitiis letus r̄idensq; plegi. Et (ut primum uenienti iaculo
prius occurrà) Vide quæſo pater optime de multis quæ cō-
tra me colligis: quātū ab intentione tua: prima etiam scribē-
tis uerba discordent. Mirari solitū te aīs: q̄ mundū: in ætate adhuc te-
nera: si artificioſe decipiām: ut scilicet arſ hæc sit: tā experientiæ: quam

taturæ .Panegiricum pluriū certe uerborū: sed minime amplioris glo
 rie : cecinisse mihi poteras. Mundi deceptor generis humani: quot uī Attēde uī
 tā laquæis implicitam: quā amaræ dulcedinis aspersione cōmēdet: no uētum ua
 uit quisquis apertis oculis iter hoc agit. Cuius & nos fraudibus d' indu rietates: eo
 stria fauemus .studioseq; ut ipsi nobis ignoti simus: aduersus Apolli - rumdēq;
 nis cōsiliū laboramus .Hunc superbia inflat: sub spē magni & excelsi ai sub specie
 Illum malitia & fraus & qcqd prudētiae proximum uidetur: sub amic - boni inu
 tu finitimæ uirtutis infatuat .Ille se forte putat in humanus & ferox .hic merabilia
 se humilē uocat timidus & imbellis .Est & quē titulo frugalitatis auari
 tia sollicitet: & quē pdigalitas spē largitatis exhauriat .Personata sunt
 uitia. & imania mōstra formosis sub pellibus delitescunt .Accedit dele
 ctabilium sed transituræ: imo uero transeuntium: ac lugientium rege
 turba .Ambitio honorē nobis & plausū aurasq; uulgares .Luxuria blan
 das & uarias uoluptates .pecunia plurima & rege sufficientiam ostētat
 Nullus hamus sine esca .Nullus sine uisco ramus .Nullus laqueus sine
 spe .Accedit huana cupiditas: precepī inopsq; cōsiliī .& falli facilis & iſi
 diis oportuna .In hoc igitur acipiti: & lubrico & suspecto itinere: si quē
 forte tam cautum: uel natura: uel studium fecisset .Ut mundi fraudibus
 elusis: mundum ipse deciperet: frontem scilicet ostendēs populo simi
 lem: tota intus mente dissimilis: quem tu hunc uirum diceres? Hunc ta
 men ubi quærimus? & natura optima & ætate solida simul ac sobria o
 pus est: & alienorum casuum obseruatione sollicita .Tu tamen hoc mi
 hi nomen imponis i mensum quidē (modo non irideas) quod si ho
 die uerum non est .Deum oro: qui potens est etiam ab inferis excita
 re: ut ueſt fiat. ante quā moriar .Sed quo hic iocādo pgrederis? multos
 fictiōibus meis opiniones de me cōcepisse magnificas .Fuit ars hæc fa
 teor: quibusdā ex illustribus uiris: ut ingenio quodā ueras uirtutes: mi
 rantibus .Hinc & Numæ Pompilio diuini colloquii. & Publio Africa
 no diuinæ etiā stirpis fama quæsita est: mihi ars ea nō cōpetit: nihil ha
 beo qđ ostentē: & tamē nescio quis me ab incunabulis superuacuus fa
 ti fauor in sequitur: notior sum quā uelim: & scio de me quātuluscūq;
 sim: in utrāuis partem multa iactari .quibus ego nec deprimor: nec ex
 tollor .Scio populi totidē fere mendacia esse: quot uerba. & haec qdem
 haftenus .neq; enim ut turbe displiceā: magnope laboradū est .Nec dū
 desinit urbanitas tua: dicas me nō modo uulgu insulsū sed cælū ipsū
 fictiōibus tētare .Itaq; Augustinū & eius libros simulata quadā beniuo
 lētia cōplexum: re aut uera a Poetis & philosophis nō auelli .Quid aut
 īde diuellere: ubi ipsū Augustinū iherētē uides? quod nisi ita esset: nū
 quā libros de ciuitate dei (ut reliq; fileā) tanta philosophorū & poetarū
 calce fundasset .Nūquam tantis oratorū ac hystoricorū colorib; exor
 nasset .Ni mirū nūquā enim i sōnis ad tribunal æterni iudicis tractus

accesserat Augustinus meus sicut Hieronymus tuus nunquam exproba
ti sibi Ciceronianum nomine audierat. quod cum audisset Hieronymus
fidemq; dedisset: q; nunquam amplius libros gentiliu; attingeret: quā dili-
genter ab oībus: sed a Cicerone præsertim abstinuerit: nosti. Augusti-
Aureliam nū uero cui nullo somno interdictū erat non solū familiariter illis uti
nō puduit: sed ingenue etiā fateri: se in libris Platonicis: magnā fidei
nostræ partem intuenisse: & ex libro Ciceronis: q; uocatur hortēsius: mu-
tatione mirabili: ab omni spe fallaci: & ab inutilibus discordantium se-
ctarum contentionibus auctus: ad solius ueritatis studium suisse con-
uersum: & lectione libri illius inflāmatum: ut mutatis affectibus: & ab
iectis uoluptatibus uolare altius inciperet. O uirum ineffabilem: di-
gnumq;. quem Cicero ipse pro rostris laudet cuiq; publice grates agat
q; inter tam multos ingratos: unus uelit esse gratissimus. O uirum ma-
gnifice humilem: & humiliter excelsum. non qui alienis plumis ornata
tus auctoribus hic in sultet: sed q; iā xpiane religōis fluitantē pūppim i-
ter hereticos scopulos agens præsentisq; magnitudinis sine arrogātia
sibi cōscius ueritatē primordiois suis: & adolescentie rudimenta cō-
memoret & doctor tantus ecclesie nō erubescat ducatū arpinatis hoīs
(licet alio tēdēntis). Cur aut erubesceret? Nemo dux spernēdus est: qui
uiam salutis ostendit. Quid ergo studio ueritatis obesse potest: uel Pla-
to uel Cicero? quorum alterius scola fidem ueracem: nō modo non
impugnat sed docet & prædicat. alterius libri recti ad illam itineris du-
ces sunt. Eadem & de aliis dici possēt sed piget in re notissima: testes
superuacuos cōquirere. Nec tamen ideo negauerim multa apud illos
esse: quæ uitari oporteat. cū & apud nostros quædā sint periculosa in
cautis. & Augustinus ipse i quodam operoso uolumine: de uberrima
messe suo & studiorum: internascentis erroris lolium proprio pollice
decerpat. Quid ergo? rara lectio est: quæ periculo uacet: nisi legēti lux
diuinæ ueritatis affluxerit: quid seq̄ndū declinandū ne docēs. Illa aut
duce secura sunt oīa: & quæ nocere poterāt: iā syrtibus & caribdi: aut fa-
mosis in alto scopolis notiora sunt. Ut uero iam tādē huic lasciuæ ca-
lunie finis fiat. Vero ne an falso Augustinum aio cōpleteat: ipse nouit
Et enim ubi nec fallere uult quisquā: nec falli potest. Vnde deuia uitæ
meæ: erroresq; cernētē misereri arbitror: præsertim si adolescentiæ suæ
meminit quā uagā: & aberratē miseratus oīpotēs retraxit ad rectū iter:
& nūc p harenosis africe litoribus: ubi aliquādiu noxie delectatus: uer-
gebat ad mortē: eternæ frōdētis Ierusalem sine fine municipē esse de-
dit. Inde mihi fauet: inde me diligit: quid enim dubitem: cum audiā
in eo libro: quem de uera religione conscripsit: eū spe firmissima di-
centem? Quisquis angelorum deum diligit: certus sum q; me diligit
Si enim ille contēplatiōe cōmuniſ dei angelicū amorē sibi pmittere

non metuit cum sit homo: audebo & ego qui homo sum: amorem hu
 manum anime illius sacratissimæ: quæ nunc cælo fruitur: sperare. Sed
 enim nouis hic salibus aspergor. Ais enim mihi phisica etiam nūc &
 poetica ruminati Augustini dicta: quasi quædam sompnia uideri. Me
 dius dixisses. illa relegenti: totam mihi uitam meam nihil uideri aliud
 quam leue sompnum: fugacissimumq; fantasma. Itaq; lectione illa ex
 citor interdum: uelut e sompno grauissimo. sed urgeinte mortalitatis
 sarcina: palpebre rursus coeunt. & iterum expurgiscor. & iterum & ite
 rum obdormio. Voluntates meæ fluctuant: & desideria discordant: &
 discordando me lacerant. Sic aduersus interiorem hominem: exterior
 pugnat. nunc dextra ingeminans ictus nunc ille sinistra. nec mora: nec
mico & loco numeres:tuum erit. Ipse te dominorum suorum inter pri
mos numerat:aliquantoq; mihi de tua gratia jam quā de ueteris ami
ci uita uidetur sollicitior. Itaq; ut se tibi prorsus insinuet:& allegorico
minusculo:animum suum suauissime tibi deditum ostēdat: Liquoris
omnium mollissimi:olei uasculum tibi affert.quod sponte sua :& (ut
aiunt)uirginitate seruata:tuollo præmente desfluxit e baccis arborū no
strarum :quæ in collibus istis sunt: ubi posthabitif athenis repertricena
oleæ minerauam habitare dicerem.nisi eam iam pridem ianueni lito
re:ad portū ueneris:atq; hericē collocassē in Africe meæ librīs. Vale.

Eiusdē Franciscet Pet. De rebus familiatibus Liber quartus Incipit

Fran.Pet.Io.Colunæ.S.P.D.Vētosi cuiusdā galliæ mōtis descriptio

Ltissimum regionis huius montem quem nō im
merito uentosum uocant:hodierno die sola uidē
di i signem loci altitudinē:cupiditate ductus ascē
di. Multis iter hoc annis in animo fuerat. Ab infā
tia enim his in locis ut nosti fato res hominū uer
sante:uersatus sum. Mons autem hic late undiq;
conspicetus fere semper in oculis est. cepit impetus
ob gemitu illi. sūg tandē:aliquādo facere quod quotidie faciebam:
præcipue postquam relegenti pridie res Romanas:apud liuū forte il
le mihi locus occurrerat. Vbi Phylippus Macedōum Rex:is qui cū po
pulo Romano bellum gessit.hemum montem thessalicum conscedit
e cuius uertice duo maria uideri Hadriaticum.& Euxinum fame cre
diderat. Vero ne an falso satis comperti nihil habeo. q; & mons a no
stro orbe semotus:& scriptorum dissēsio dubiam rem facit. Ne cūctos
euoluam:Pomponius mela:cosmographus sic eē nihil hesitās refert:
Titus liuū falsam famam opinatur.Mihi si tam prōpta montis illius
experiensia esset quam huius fuit:diu dubium esse non sinerem.Cæte
rum ut illo omisso:ad hunc montem ueniam excusabile uisum est in
iuene priuato:quod in rege sene non carpitur.Sed de socio cogitan
Cōcordiā ti(mirum dictu):uix amicorum quisquam omni ex parte ydoneus ui
et inter ca debatur. adeo etiam inter caros exactissima illa uoluntatum omnium
rissimos motumq; concordia rara est.Hic segnior:ille uigilāntior. hic tardior
raram esse ille celerior.hic mestior ille letior deniq; hic stultior:prudentior ille q;

uellē:huius silentiū illius procacitas. huius pōdus ac pinguedo : illius
macies atq; imbecillitas terrebat: huius frigida incuriositas: illius ardēs
occupatio dhortabatur: q; quāquā grauiā: tolerāter dōi(oia enī suffert
caritas: & nullū pōdus recusat amicitia) ueg hæc eadē fiunt in itinere
grauiora. Itaq; delicatus aius honesteç delectationis appetens: circuim
Ipiciēsç librabat singula sine ulla quidē amicitiae lesiōe. tacitus quic
quid proposito itineri puidebat molestū fieri posse damnabat. Quid
putas: tādē ad domestica uertor auxilia: Germanoq; meo unico mino
ri natu: quē probe nosti: rē aperio: nil poterat letius audire gratulatus
q; apud me amici simul: ac fratris teneat locum. Statuta die di-
gressi domo: Malausānam uenimus aduerserā . locus est in radicibus
montis uersus in boream: illic unū diem morati. Hodie tandem cum
singulis famulis montē ascendimus: non sine multa difficultate . est
enī prupta & pene inaccessible saxose telluris moles. sed bene a po-
eta dictū est. labor oia uincit improbus. Dies longa. blandus aer. aio
uigor: corpo & robur: ac dexteritas. & (si qua sunt eiusmodi) euntibus
aderant. sola nobis obstabat natura loci. Pastorē exakte ætatis iter cō-
uexa mōtis inuenimus. qui nos ab ascensu retrahere multis uerbis eni
xus est: dicēns se ante annos quinquaginta eodem iuuenilis ardoris i
petu supremū in uertice ascendisse: Nihilq; inde retulisse preter peni
tentiam & laborem: corpusq; & amictū lace & saxis ac uepribus: nec un
quam aut ante illud tépus: aut postea auditum apud eos quēquā au-
sum esse similia: hæc illo uociferante: nobis ut sunt animi iuuenū mo
nitoribus increduli crescebat ex prohibitione cupiditas. Itaq; senex
ubi aniauertit se nequicquā niti: aliquātulum progressus: inter rupes
arduū callē digito nobis ostendit: multa monēs multaq; iam digressis
a tergo ingeminās. Dimisso penes illū si quid uestiū aut rei cuiuspiam
impedimento esset soli dūtaxat ascensui accingimur alacresq; cōscen
dimus. sed(ut fere fit) ingentē conatum uelox fatigatio subsequitur.
Non procul inde igitur quadam in rupe subsistimus. Inde iterum di
gressi: prouehimur. sed lentius & presertim ego mōtanum iter gressu
iam modestiore carpebam. & frater compendiaria quidem uia per ip
sius iuga montis ad altiora tendebat: ego mollior ad ima uergebam
Reuocantiq; & iter rectius designanti: respondebam sperare me alte
rius lateris faciliorem aditum. nec horrere longiorem uiam: per quā
planius incederem. hanc excusationem ignauiae prætendebam. Aliis
q; iam excelsa tenentibus: per ualles errabam cum: nihilo mitior ali
unde pateret accessus: sed & uia cresceret: & inutilis labor ingraue
siceret . Interea cum iam tedio conjectum perplexi pigeret erroris
penitus alta petere disposui. cunq; operientem fratrem & longo refec

EPISTOLARVM

tum accubitu: fessus & anxius attigissem: aliquamdiu equis passibus in cessimus. Vix dum collem illū reliqueramus. & ecce prioris anfractus oblitus iterum ad inferiora deiicior: atq; iterum peragratiss uallibus dū uiarum facilem longitudinem sector: in longam difficultatem incido differebā nempe ascendendi molestiam: sed ingenio humano rerum

Naturā te natura non tollitur. Nec fieri potest: ut corporeū aliquid ad alta descē bus huma dendo perueniat. Quid multa: non sine frattis risu: hoc indignati mī no īgenio hi ter aut amplius: inter paucas horas contigit. Sic sepaē delusus: auferri nō quadā in ualle cōsedi. Illic a corporeis ad incorporea uolucrī cogitati posse.

one transfilient: his aut talibus me ipsum cōpellabam uerbis: Quod to tiens hodie in ascensu mōtis huius expertus es. id scito & tibi accide re & multis accendentibus ad beatam uitam: sed id circa tā facile ab ho minibus non perpendi: quod corporis motus in aperto: sunt animo-

Cōparat rum uero inuisibiles & occulti. Evidem uita: quā beatam dicimus: ascēdēdi celso loco sita est: arcta (ut aiunt) ad illa dicit uia. multi quoq; colles in iter ad be tereminēt: & de uirtute in uirtutem preclaris gradibus ambulandum atā uitam est. In summo finis est omnium. & uiae terminus: ad quem pegrinatō suo itineri nostra disponitur. Eō peruenire uolunt omnes. sed (ut ait naſo) Vel-

le parum est: cupias ut re potiaris oportet. Tu certe: niſi (ut in multis) in hoc quoq; te fallis. non ſolum uis: ſed etiam cupis. Quid ergo te retinet: ni miꝝ nihil aliud: niſi per terrenas & infimas uoluptates planior: & ut prima fronte uidetur expeditior uia. Verūtamen ubi multum erraueris: aut ſub pondere male dilati laboris: ad ipsius te beatæ uiae culmen oportet ascendere aut in cōuallibus peccatorū tuoꝝ ſegnē p cumbere. & ſi (quod ominari horreo) ibi te tenebre & umbra mortis i uenerunt eternā noctē in perpetuis cruciatibus agere. Hæc mihi cogitatio incredibile dictu est quantum ad ea quæ restabant: & animū & corpus erexerit. A tq; utinā uel ſic aio peragam iter illud: cui diebus & noctibus ſuſpiro: ſicut ſuperatis tandem difficultatibus hodiernū iter corporeis pedibus peregi. Ac nescio an non longe facilius eē de beat: quod per ipsum animū: agilem & īmortalem ſine ullo locali mōtu in ictu trepidantis oculi fieri potest: quam quod ſuccēſſu temporis per moribundi & caduci corporis obsequiū: ac ſub graui mēbroꝝ faſce gerendum eſt.

Collis est omniū ſupremus. quē filuestres filiolū uocat: cur ignoro: niſi quod per antifrasim ut quedam alia dici ſuſpicor. Videtur enim uere pater omnium uicinorū montium: illius in uertice planities parua eſt. illic demū fessi conqueuimus. Et quoniam audisti quenā ascēdētis impetus ascēderint curā. Audi pater & reliqua: & unam præcor horam tuam relegēdis unius diei mei actibus tri bue. Primum omnium ſpiritu quodam aeris insolito: & ſpectaculo liberiore permotus stupentis ſimilis ſteti. Respicio: nubes erant

sub pedibus. Iamq; mihi minus incredibiles facti sunt Athos & olipus
dum quod de illis audieram & legerā: in minoris famae monte conspi-
cio. Dirigo de hinc oculo & radios ad partes italicas quo magis inclinat
animus. Alpes ipse rigentes: ac niuose per quas ferus ille quōdā hostis
romani nominis transiuit aceto (si famae credimus) saxa perrumpens
iusta mihi uise sunt: cum tamen magno distent interuallo. Suspirauit
fateor ad italicum aerem: animo potius quam oculis apparentem. atq;
inextimabilis me ardor inuasit: & amicum & patriam reuidendi. ita ta-
men ut interim: in utroq; nondum uirilis affectus mollitiē increparē
quāuis excusatio utrobiq; non deforet magno & testium fulta præsi-
dio. Occupauit inde animū noua cogitatio atq; a locis traduxit ad
tempora. Dicebam enim ad me ipsum. Hodie decimus annus com-
pletur ex quo pueribus studiis dimissis bononiam excessisti. & o-
deus immortalis: o immutabilis sapientia: quot & quantal morum
tuorum mutationes hoc medium tempus uidit: infinita pretereo. nō
dum enim in portu sum: ut securus preteritarum meminerim pcella-
rū: tēpus forsā ueviet quādo eodē q̄ gesta sunt ordine uniuersa pcurrā
p̄fatus illud Augustini tui. Recordari nōlo trāfactas seditates meas: &
carnales corruptiones animae meae: non quod eas amē: sed ut amem te
deus meus. Mihi quidem multum adhuc ambiguī molestiq; negotii
supereft quod amare solebam: iam non amo. mentior. Amo sed ue-
recundiui: sed tristius. Iam tandem uerum dixi. Sic est enim: amo sed
quod non amare. imem: quod odiſſe cupiam. Amo tamen sed iuitus
sed coactus: sed māstus: & lugens. & in me ipso uersiculi illius famosi
simi sentētiā miser expior. Adero si potero. si nō iuitus amabo. Nōdū
mihi tertius annus effluxit ex quo uolūta illa puersa & inequā q̄ me totū
habebat: & i aula cordis mei sola sine cōtradictore regnabat: cepit alia
habere rebellē: & reluctātē sibi: iter quas iā dūdum i cāpis cogitationū
mear̄ de utriusq; hominis imperio laboriosissima & anceps etiam nūc
pugna cōseritur. Sic p exactū decēnium cogitatōe uoluebar. Hinc
iam curas meas in anteriora mittebam & querebam ex me ipse. Si ti
bi forte continget: per alia duo lustra uolatilem hanc uitā pducere
tātūq; pro rata tēporis: ad uitētē accēdere: quātū hoc biēnio p cōgres
sū noue cōtra ueterē uoluntatis ab obstinatione pristina recessisti. Nō
ne tunc posses: & si non certus at saltem speras quadragesimo ætatis
anno mortem oppetere: & illud residuum uitæ in senium abeuntis: e
qua mente negligere? Hæc atq; his similes cogitationes in pectore
meo recursabant pater. De prouestu meo gaudebam: imperfectum
meum flebam. & mutabilitatem comunem humanorum actuum
miserebat. & quē i locū: quā ob causā uenisse quodāmodo uidebar ob-
litus donec ut omissis curis qbus alter locus eēt oportūior respicerē: &

EPISTOLARVM:

uiderem:quæ uisurus adueneram.Instante enim tempus abeundi:q; in clinaret iam sol:& umbra montis excresceret admonitus:& uelut ex pergefatus:uerto me in tergum:ad occidentem respiciens. limes ille galliarum & hispaniæ pyreneus uertex inde nō cernitur: nullius quē sciam obicis interuentu: sed sola fragilitate mortalis uisus.lugdunensis autem prouinciae montes ad dexteram.ad leuam uero massiliæ frētum:& quod aquas mortuas uerberat aliquot dierum spatio distan-
tia p̄aeclarissime uidebātur.Rhodanus ipse sub oculis nōstris erat. Quæ dum mirarer singula & nunc terrenum aliquid saperem nunc exem-
plo corporis animū ad altiora subuecherem:uisum est mihi confessio
rum Augustini librum caritatis tuæ munus inspicere.quem & condi-
toris & donatoris in memoriam seruo: habeoq; semper in manibus.
pugillare opusculnm: peregrinū uoluminis sed infinitæ dulcedinis
aperio lecturus quicquid occurreret. quid enim nisi pium & deuo-
tum posset occurtere? Forte autem decimus illius operis liber ob-
latus est.Frater expectans per os meum ab Augustino aliquid audire
intentis auribus stabat.deū testor: ipsūq; qui aderat:q; ubi primū dixi
oculos scriptum erat.Et eunt homines admirari alta montium: & in-
gentes fluctus maris:& latissimos lapsus fluminum:& oceanii ambitū
& girof siderum & relinquunt se ipsoſ.Obstupui fateor: audiendiq;
auidum fratrem roganſ ne mihi molestus esset librum clausi: iratus
mihi met quod nunc etiam terrestria mirarer:qui iam pridem ab ipsis
gentium philosophis discere debuisse nihil præter animum esse mi-
rabile cui magno nihil est magnum. Tunc uero mōtem satis ui-
disse contentus: in me ipsum interiores oculos reflexi & ex illa hora
non fuit qui me loquentem audiret donec ad ima peruenimus.Satis
mihi negotii uerbum illud attulerat:nec opinari poterā id fortuito cō-
tigisse.sed quicquid ibi legeram mihi & non alteri dictum rebar:re-
colens quod idem de se ipso suspicatus olim esset Augustinus quādo
in lectione codicis apostolici(ut ipse refert)primum sibi illud occurrit
Non in comedationibus & ebrietatibus:non in cubilibus & ipudici-
tiis:non in contentionē & emulatione: sed induite dominum yesum
xpm.& carnis prouidentiam ne feceritis i;cōcupiscentiis uestris.Quod
iam ante Antonio acciderat quando auditio euangelio ubi scriptū
est.Si uis pfectus esse uade & uende omnia tua quecumq; habes:& da
pauperibus:& ueni sequere me.& habebis thesaurum in cælis.ueluti
propter se hæc esset scripture recitata(ut scriptorum rerum eius Atha-
nasius ait)ad se dominicum traxit imperium. Et sicut Antonius his
auditis aliud non quesivit.& sicut Augustinus his lectis ulterius nō
processit.Sic & mihi in paucis uerbis quæ premisi totius lectionis ter-
minus fuit in silentio cogitanti quanta mortalibus consilii esset ino-

pia qua nobilissima sui parte neglecta diffundantur in plurima: & inanibus spectaculis euaneantur. quod intus inueniri poterat quarentes extrinsecus admiratiq; nobilitate a nostris: nisi sponte degeneras: ab originis suae primordiis aberrasset. & quae sibi dederat in honorem deus: ipse in opprobriu cōuertisset. Quotiens putas illo die rediens & intergū uersus cacumē montis aspexi: & uix unius cubiti altitudo uisa est pre altitudine cōtemplationis humane: si quis eam nō in lutum terrenae fedita tis immerget. Illud quoq; p singulos passus occurrebat. Si tantū sudoris ac laboris: ut corpus cælo paululū proximus fieret subire nō piguit. quae crux: quis carcer: quis aculeus deberet terrere animū appropinquantē deo: turgidūq; cacumen insolentiae: & mortalia fata calcantem & hoc quanto cuiq; accidet: ut ab hac semita: uel durarum metu rerum: uel molliū cupidine nō diuertat? Onimium fælix: si quis usquam est: de illo sensisse arbitrer poetam. Fælix qui potuit rerum cognoscere causas: atq; metus mortis: & inexorable fatū subiecit pedibus strepitū q; acheruntis auari. O quanto studio laborandum esset: nō ut altiore terrā: sed ut elatos terrenis impulsibus appetitus sub pedibus habemus. Hos inter nudosi pectoris motus: sine sensu scrupulosi transmitis ad illud hospitiolū rusticū: unde ante lucē moueram profunda nocte remeauit: & luna pernox gratū obsequiū præstabat euntibus. Interim ergo dū famulos apparādæ cenæ studiū exercet: solus ego in partem domus abditam perrexi: hæc tibi rapti & ex tempore scripturus: Ne si distulisse pro uarietate loco & mutatis forsitan affectibus scribendi propositū deferueret. Vide itaq; pater amātissime: quā nihil in me oculis tuis occultū uelim: qui tibi nedum uniuersam uitā meā: sed cogitatus singulos tam diligenter aperio. pro quibus ora questo: ut tam diu uagi & instabiles: aliquando subsistant: & inutiliter per multa iactati ad unū bonū uerum certum stabile se conuertant. Vale.

Fran. Pet. Dyonisio suo. S.P.D. Congratulatur illi quod ad Robertū regē uocatus accesserit: ibiq; nō paucā de diuinitatum cōtemptu De beatæ uite desiderio: ac de laudibus regis cōmemorat.

Il dulcius audierant aures mee: postquā uocem tuam audire desierūt. quā q; ad regem uocatus accesseris. Rationē iquis expecto. Nō possum breuiter. Itaq; longius incipiam. Optauit aliquādo tibi genitrix lōgitudinē diegē innumerabilibus periculis & calamitibus obiectam. Aliquādo diuitias: humanarum mē Diuinitatē: nō mediocrem laqueū: ac funestam sarcinam libertatis. Aliquando formā corporis: deformitatis anime: plerumq; materiam. Quid de mētis ūeḡ iii ūta sarcina

EPISTOLARVM.

sodalibus:quid de nutricula tua dicam? Muliercularum omnium uia lex est.intepta cupiunt.ridenda formidant.de patre libet altiora crede-re.Optauerit ergo filio.quod ait Satiricus: Eloquitum:& famam De-mosthenis:aut Ciceronis.quæ quanti sæpe periculi plena sint:utriusq; exitus est testis.Multis & inanibus uel tuis uel aliorum pro te uotis fa-tigate sunt aures dei.horum tibi aliquid anxie non opto:quare: quia stultū est uehementer appetere:quod potest pessimo fine concludi.il lud bonum tibi cupio quod mihi:beatam uitam:ad quam multi suspi-rant:pauci perueniunt.Est enim salebrosum iter atq; angustum & dif-ficile.& amæna ac prona circum deuia.Est autem ut in sagittādo sic in alia qualibet operatione mortalium:aberrare per facile:signum atti-

Quare ad gere is demū artificii finis est : Iccirco difficilior quia ad illū:una tan-virtutes q; tūmodo :ad errorem innumerabiles sunt uiae.Hac sane quā dico be-a-ad uitia di-tam quāquā ingeniosissimis atq; doctissimis uiris forte aliter uisū sit.
fficilior
via sit.

in hoc corporis ergastulo mereri quidem utcunq; potest labor hu-manus :& sperare:amplecti autem ac tenere non potest . Hoc ergo stu-dio decurritur. finis est ubi quiescit intentio.Neq; nobis hoc solis per-suasum est.Quid enim aliud Cicero sentiebat. ubi ait . quod hæc uita uia est in cælum . habet tamen iterum illi eternæ quiddam hæc mor-talis uita simillimū.Vt & si beata non dum sit(id enim beatum est dū taxat:cui nihil ualet accedere)iam tamen humanas miseras longe in-fra fe uideat.& i mō stans adhuc supernæ fælicitatis luce resplendeat.
Hoc sanæ non diuitiae prestant.non insipientis uulgi plausus.non po-tentia:nō uoluptas:sed uirtutū comitatus :atq; animi tranquillitas:ad quam adipiscendā: diuersum fortasse aliis uidebitur:sed quantū opī-nio mea fert nihil eque adiuuat:ac nobilium ingeniorū familiaritas & clarorum uiroꝝ cōuersatio.Cernis(ut arbitror)quid intendam.dicam tamen expessius: **Quis in grecia clarius Themistocle?** ut ait Tullius.

Robertire Ego sidentissime.Quis in italia:imo uero quis in Europa clarius Ro-gis laudes berto?In quo sæpe cogitās soleo non tā dyadema :quam mores:neq;

tam regnum quam aiū admirari.Illum ego uere regem dixerim qui non subditos modo sed se ipsum regit ac frenat qui exercet in passio-nes suas imperium.quæ sunt animo rebelles illum si cesserit oppres-su-re:ut nulla est quidem clarius uictoria quam seipsum uincere:sic nul-lum regnum altius quam seipsum regere.Quomodo ille mihi rex erit in quem regnat ambitio ? quomodo inuictus : quem sternit aduersi-tas? quomodo serenus quē meror obnubilat? quomodo magnani-mus quem minimarum etiam rerum paucor exanimat? &(ut fulgida uirtutum nomina taceamus)**Quis mihi liberum dicet eum:qui cupi-dinū uariarum iugo premitur multiplici?** Infra omnia ista descēdam.

mitius
seruare
cōfūctum
emp̄it
iii

qua fronte hominem dicimus :quem scimus ex homine nihil preter nudam effigiem retinere:beluarum moribus deformem: & seuorum animantium feritate terribilem? Mira ergo:licet publica demētia: Regem eum dicere:qui nec rex nec liber.& sāpe ne homo quidē sit. Magnū est regem esse:perexiguū regem dici. Rariores sunt reges quā uulgaris existimat. non est titulus iste uulgaris:minus gēmarum atq; eboris sceptra consumerent si soli reges illa portarent. Veri reges ita se gerunt quod eos uenerabiles facit:semotis licet satellitibus:& abiectis insignibus:reges sunt. Cæteros cultus exterior facit horribiles: Robertus uere inclitus : & uere rex est. qui quam sit impetuosus in se ipsū exempla inauditæ patientiæ :& moderationis indicat de quibus alter forte dicendi locū fuerit. quam uero late regnet in alios:dissonātes lingua & moribus populi :& disiunctissimi regionum fines ostendunt. Seneca tuus in quadam tragedia:quid regem faciat:& quid non faciat egregie recollegit his ueribus:Regem non faciunt opes. Non uestis Quis itūre tvrie color .non frontis nota regie:non auro nitide tristes. Rex est qui posuit metus:& diri mala pectoris. Nec longe post. Mens regnum bona possidet :nil ullis opus est equis nil armis & inertibus telis quæ pro tragedia q; cul ingerit. Parthus cum simulat fugas. Admotis nihil est opus:Urbes est hercūsternere machinis longe saxa rotantibus. Rex est qui metuit nihil.hæc les furens: ille. Ad hunc itaq; regem(ut principio cōueniat finis)uocatus iusti quod ut ille iuberet:& ut tu pareres:quid aliud quam studiorum:sūma conformitas fecit? Ille quidem quantum curis suis solamen asciuerit dicerem : si apud alium loquerer. Tibi certe ad interni hominis pacem:quam uti sāpe querebaris tuscarum rerum fragor impulerat q; cōpēdiosius p̄geres nō erat. Cōgratulor ergo seu prudētiæ seu fortunæ tuæ & uocē q; tūc mihi fuit ī ore : aliquanto nunc fidentius reperio. Vbi enim fama primum:deinde per litteras tuas accepi te florentia digressum īsse Neapolim . & mecum & cum amicis dixi .dyonisius noster ad tranquillitatem animi magnis passibus contendit : & ad beatam uitam rectum iter ingressus est. De me autem sic habe breui te consequar. Nostri enim quid de laurea cogito :quam singula librans preter ipsum de quo loquimur regem: nulli omnino mortalium debere constitui. sitanti fuero ut uocer : bene est. Alioquin singam nescio quid audiisse : uel epistole suæ sensum:quam ipse mihi summa hominis incogniti & familiarissima dignatione transmisit quasi dubitans in eam potissimum partem traham ut uocatus uidear. Et Regio quidem stilo quiddam modo plebeium reddidi : fulgore attōitus:nec equis iganii uitibus & lira ut aiunt lōge ipari. Vale g. iiiii

III EPISTOLARVM:

Fran:Pet.Roberto Siciliæ Regi.S.P.D.Qvod mortem neptis tā cōstā
ter laudauerit admiratur:nō nullaq; de aie īmortalitate:multa aut de
regiis laudibus interset.

Restinxit oculos meos fulgor insolitus. fælix calamus ui
sus est:cui talia crederentur .Quid primū mirer? eximiā bre
uitatē? an maiestatē sententiarum:an diuinā eloquii uenu
statē? nūquā rex inclite(fateor) credidi:rē tantam dici posse
tam breuiter:tā grauiter:tā ornate.nec iā tale aliquid ex humanis inge
niis expectabam.Equidem ut constaret te corda hominum i manibus
habere quo tota illustriū oratorum suspirat intentio:legentis animū
tam uariis affectibus impulisti:ut sine luctamine :in oēm partē stili tui
uestigia sequeretur uolubilitate mirabili.Ecce enim i prima sobrii frō
te sermonis dum sūmā humanæ miseriæ:acerrimasq; molestias labo
rū & necessitatē mortis acerbissimā tracti ex radicis labe ramis ac frō
dibus obrepentem magnificentissime deplorasse mouebar usq; ad
eo:ut crebro inter legendūm suspirans:& ineluctabili sorte perterritus
totumq; hoc nomen hominis perosus.pene nec natus esse:nec unquā
nasciturus optauerim.Actum erat:& mihi iam tranquillitas omnis ex
ciderat nisi quæ letale uulnus inflixerat manus:eadem mox remediū
attulisset.Sensi unū & repentini meroris & cōsolatiois artificē.Nec uir
quā certius quid eloquētia possit agnoueram.tam potenter enim pau
corum ope uerborum:sub immortalis animæ : futuraq; reparationis
obtentu : ægrum atq; labantem animū erexit:ut gaudio mihi fuerit
genitum esse mortalem.Nam quid beatius excogitari potest quā exu
tum ueste corporeæ:& de cōpedibus istis explicitum:ad illam diē exa
ctis temporum curriculis peruenire:quæ nos absorta morte īmortal
itatem induat:reparans indissolubiliter :ac reformans putrem & seme
fam tineis:atq; undiq; fluentem tunicam carnis nostræ? Quam spem
& si philosophorum gentilium nullus attigerit:uetustissima tamē est
immortalitatis opinio.nec nostris solum:fed illis etiam probata:qui
bus xp̄i nomen inauditum est.Preter Epycurum enim:& nescio quot
ex illo infami grege:immortalem esse animā:nemo est qui neget.de
qua re(ut Pherēcidem primū apud syrios sētentiaē huius auctorem:di
scipulumq; pherecidis pithagorā totamq; pithagoream familiā:& So
cratem omnesq; Socraticos preteream)plato ipse summus uir clarissi
mū uolumen edidit quo uticensis cato moriturus:suprema illa nocte
sua pro consiliario usus perhibetur:ut ad contemptum uitæ huius ani
mosior:& ad amorē decretæ mortis accederet.quā sententiam postea
Marcus Cicero:& in tuſculano suo:& in septimo rei publice diuio ge
nere orationis asseruit.Nec non & in dyalogo .Lælii:qui de amicitia

Opiniōe
philoſo
phorum
de anime
īmortali
tate.

uerā est: & in eo libro: qui cato maior inscribitur: defensionem conti-
nens senectutis. Aliisq; preterea tam multis in locis attigit: ut ualde mi-
hi quidem sollicitus uideatur: ne quem ueritas tam comperta preter-
eat. Sed cui hæc insipiens loquor? profecto non modo regum nostri
temporis: sed philosophorum regi. Ignosce autem queſo: ſic hactenus
me dicendi calor euexit: ut regium dogma cui plurimum me debere
fateor: nō amplecterer ſolum: ſed teſtibus adhibitiſ confirmarem: qđ
ita mihi animū affecit: ut ſecurus iam ac ſpeſ plenus formidatum gen-
tibus diem mortis expectem. Hunc diem tranſueta neptis tua
quam finis epiftolæ canit ac predicit: inuidiosa potius: ut mihi quidē
uidentur quam miserabili forte defungitur. quāuif enim ab ipſo ætatis
& formæ flore subtracta ſit: publica fere totius orbis querimonia: mul-
tisq; precipue populoꝝ utriusq; regni: & unde ortum: & in quod trāſ-
latum illud rarum & eximiū decuſ erat lachrimis ac lamentis. Ipsiſ ta-
men faelix eſt. non ſolum quod ad eternæ uitæ delicias per horrificum
illud mortis limen ingressa eſt. ſed etiam quod tu eam nobilissimo
elogio omnibus ſeculis illuſtrasti. quiſ enim mortuam: imo uero quiſ
nō glorioſiſſime uiuentem dicere auidebit quam deuſ in cælo. tu inter-
ris uiuere uoluisti? O inquam faelix mulier! O iterum faelix: quæ
pro una temporali uita: eademq; breui: & incerta: & mille ſemper caſi
bus expoſita duas eternitates (ut ita dixerim) cōſecuta eſt: quorum al-
teram celeſti: alteram terreno regi: illam xpo debeat: hanc Roberto:
Ingentia duo munera a munificentiſimis largitorib; accipiens: eo
felicioſ uideri debet quod in celo & in terra gratiam digniſiſimis rela-
tura eſt. plurimū enim ex persona tribuentis: muneribus ipſis accedit
multum intereſt a quo benefiſium acceperiſ: & cui proinde ſis obno-
xiuſ. Sane queſitā illi celitus immortalitatis conditionē beatissimāq;
uitæ mutationē ſileo: ne ineffabilia proſequentem deſtituant uires. tribuentis
quāta demū gloria eſt quam tu ſibi ſupremis laudib; peperiſti. Certe accedere.
dum illud tuum: ſiue epigrāma: ſiue epitaphiū dici mauiſ: quod æter-
næ māſurum eſſe conſido: nuper defuncte neptis memoriam celebra-
bit: ſemper illa tecuna: & cum clariflīm omnī ſeui nominib; uiuet.
Erūt qui mortem immaturam: & iacturam modici temporis tali cupi-
ant compensaſſe panegirico. quiq; quod de Achille dixiſſe fertur Ale-
xāder macedo ſuſpirantes dicant o fortunata q; talē preconē tuæ uirtu-
tis iueniſti. ſed iā metuo ne plixitas i fastidiū uergat: elegatiſſima quo
q; breuitas tua ne lōgiuſ uager ammonuit. Subfirſā igitur deū orās: cū
etosq; celicolaſ: ut ſerenitatē tuam geminiſ tā bellorum quam studio-
rū laureiſ ornata diu iubeant in ſtatū faelicifimo florere. Vale.
Fran. Pet. T.M.S.P.D. Consulit illum Romæ ne an parisii aſſumendā
ſibi laream putet: cum utrinq; litteris accersatur.

EPISTOLARVM:

Ncipiti in biuio sum. Nec quo potissimum uertar scio. Mira quidem sed breuis historia est. hodierno die: hora ferme teria: littere senatus mihi reddite sunt: in quibus obnixe admodum: & multis persuasionibus: ad percipiēdam lauream poetamic Romā uocor. Eodem hoc ipso die circa horam decimā: super eadem re ab illustri viro Roberto studii parisiensis cancellario: cōcū meo mihiq; & rebus meis amicissimo: nūtius cū litteris ad me uenit. Ille me exquisitissimis rationibus: ut eam parisum hortatur. Quis ūquā oro te euentorum tale aliquid: hos inter scopulos diuinasset? & sane quia res pene incredibilis uidetur utramq; epistolam illesis signis ad te misi. Hæc ad orientem: hæc ad occidentem uocat. Videbis quā ualideris hinc atq; illinc argumentis premor. Scio quidem in rebus humanis fere omnibus nihil solidi inesse. magna ni fallor in parte curarum actuumq; nostrorum umbris eludimur. Tamen ut est animus iuuenuit gloriæ appetentior quam uirtutis. cur non ego quoniam apud te familiareriter gloriandi prestas audaciam: tam hoc mihi gloriosum rear: quam sibi olim potentissimus Africe regum Syfax: quod uno eodēq; tempore duarum totō orbe maximaq; urbium: Romæ atq; Carthaginis in amicitiam uocaretur? Ni mirum id regno eius atq; opibus tribuebatur: hoc mihi. Itaq; illum inter aurum ac gēmas: superbo solio subnixum & armatis stipatum satellitibus: sui supplices repperere. Me soliuagum mane in siluis. sero autem in pratis Sorgie ripis obambulatē inuenierunt mei. mihi honor offertur. ab illo auxilium poscebatur. Sed quoniam letitia inimica consilio est: fateor ut laetus euentus sic dubius animi sum. Vrget enim hinc nouitatis gratia: hinc reuerentia uetus statis. Hinc amicus: hinc patria. Vnū ab altera lance preponderat. quod rex siculus in italia est: quēm e cunctis mortalibus: equiore ai mo ingenii iudicem pati possum. Curarum meatum fluctus uides. tu quē ad eatum gubernacula manus porrigitē nō puduit: fluctuantem animū consilio tuo reges. Vale.

Humanas ref nihil so lidi pēitus habere.

Letitia cō filio inimi ca.

Fran: Pet. T. M. S. P. D. Suum optimū consilium de assumēda laurea se executurum ostēdit.

Onsillum tuum nō tātū suscipiō: sed ā piektor. magnificū ē enī tuaq; sapiētia & humanitate dignissimū. Nec me terret q; patriæ sis amicus: es enim amicior ueritati. Ibo quo iubes si quis electionē forte mirabitur: ratōes primū: deinde etiā non men tuū mirātibus obiiciā. saepe auctoritas pro ratōe suscipitur. Id modo negotii restat. quibus me uerbis excusē Roberto meo: ut non ipse

tantū cui nobiscū facile cōueniat: sed illa quoq; īgēs uniuersitas: si for
te res i lucē uenerit factū sibi satis existimet, sed de his corā latius. Au
dio enī ipsum aduētare eo pposito: ut me patisiū trahat. qđ si ita ē res
iter p̄sētes trāsligetur. Ad id sane qđ i fine litteraꝝ tuaꝝ ex me q̄ris:
donec diu rē cū aio meo tractē: n̄i fabulā texere uoluero: respondere
aliqd nō possū. pegrina hystoria meis moribus ē. & qđ me huic iterro
gatōi alienissimū facit: pr̄sūs diuersē me iteri exercuerūt cure. Veꝝ q̄
ē illud salustianū. Vbi itēderis ingeniū ualet. p̄terea atiq̄ res ē. & a me
moria mea multoꝝ ānorꝝ spatio remota. Itaq; ut ait plautus. Lōga dī
es aīum icertat meū. Sed de hoc etiam presens loquar. Vale.

Fran.P.T.M.S.P.D. Quod romā sit petiturus pro adipiscenda laurea:
quo ue die ea in Capitolio sit assumpturus eum certiorem reddit.

f Ortunæ insidias nō hodie primū intelligere īcipio. Nō iua
dit nos tātū illa: sed spargit: ac separat: ne lātis scilicet & ad
uersis i rebus alter alteri solatio sit. Norat illa: quātæ oī meū
cor uarerēt curæ. quibus ad plenū mederi: te p̄ter nemo pote
rat. Tūc ergo miꝝ i modū cōquisitis causis: te i illo pectoris mei æstu:
refrigerium unicū auectum ab ar̄tho rediēs iueni. Itaq; tā & si romam
tuam propriam & comunē oīum: mihi uero ante oēs semper: tunc au
tem & se ipsam propter gemino desiderio exoptatam patriā petiisse:
tamē consequendi difficultas: mestū atq; deiectum animū habebat. ut
cū ubiq; exul mihi sine te uidear. tum preserti āxiū atq; amore ardēs
& romā tibi inuiderem. & te Romæ: quo in statu: eadem illa iuuēnilē
animū frenante fortuna: pauci anni quibus abinuicem: sic distracti
uiximus multorum apud me uicē seculorum tenuerunt. Veni tādē (ut
uidisti) hieme bello pelagoꝝ tonātibus. Oēs uempe difficultates fre
git amoī. Vtq; ait maro. Vicit iter durum pietas. dūq; suum uenerabile
ac predulce obiectum querunt oculi. nulla maris fastidia stomachus:
talium licet in patientissimus natura: nullam brumā: terreꝝ duritiem
corpus: nullas periculorum minas animū sensit. Sic ad te enī totus to
taq; mente pergebam: ut te unum cogitans presentia non uiderem. te
iuēto nulla mihi longe uiæ memoria supesset. Ecce aut̄ nūc euādē
illa laqueū: aliorū licet obuertit: ut me romam petente te uasconia &
occidiū litoris extrema posse deant. & tum maxime distrahamur: dū
maxime te presentē cuperem: oīs meæ gloriæ sūmū decus. sed sic eūt
fere uota mortaliū: ut qđ uehemētius cupiūt egrius assequātur. Cæterę
ut meliore tui parte: illic i tpe p̄sēsis: scito me lauree delphyce cupidi
ne: q̄ oī claroꝝ cæsaꝝ: & sacroꝝ uatum singulare & precipuum uo
tum fuit: nūc uel spernitur: uel nescitur: mihi sane nocteſ plurimas

EPISTOLARVM.

insōnes fecit:& de qua saepe multa tecū egi :quāq; cū me tantissū:certa
tim due maxime urbes exposcerent:Roma atq; parisiſ. Altera mun-
di caput & urbium regina:nutrix altera nostri temporis studiorū.post
uarias deliberationes.ad extremū non alibi quam Romæ:super cine-
ribus antiquorum uatum:inq; illorum sede percipere:ingenti ante ali-
os fratre tuo suasore & consultore disposui:hoc ipso die iter aggredi:
In quo plusculū téporis exigitur. Adeūdus enim rex:uidenda Parthe-
nope:inde iter erit Romā.Illic aliquot dierum morā video.deniq; ni-
si fallit extimatio:pascali die:ad.yi.Idus.Aprilis in capitolio res agetur
Queris quo hic labor:hoc studiū:hæc cura.An doctiorem:an meliore
factura sit laurea? Notiorem forte:& plurimum inuidiæ expositum.Sci-
entiae autem & uirtutis sedes est animus.Ibi p; nō in frondosis ramis
auicularum more nidificat.Quorsum igitur hic frondium apparatus?
Quid respondeam queris? Quid putas? nisi illud sapiētis hebreorum.
Vanitas uanitatum:& omnia uanitas.sed sic sunt mores hoīuum . Tu
Vale.& fauenti oro ades animo.

Fran.Pet.Roberto Siciliæ regi.S.P.D.Gratias illi refert:q; Laurea
se dignū estimauerit:quo ue ritu eam romæ suscepere:ostendit .ibi q;
contra uete& laudatores:præsentia contemnentes inuehitur .

Vantū tibi liberaliū & honestarum artium studia deberent
q regum decus quarum te quoq; regem industria fecisti:ali-
quanto(nisi fallor)quam temporalis regni dyademate cla-
riorē:olī mūdo natum erat.Nouo nup beneficio desertas pi-
erides obligasti:quibus hoc meū quātulūcūq; est ingenium solēniter
cōsecraſti. Ad hæc & urbē Romā & obſoleto capitolii palatiū ſiſpe
rato gaūdio:& inſuetis frondib⁹ decorasti.Parua reſ fortasse dixerit
quiſpiam:ſed profecto nouitate conſpicua.& populi Roman⁹ plausu
ac iocunditate per celebris.Lauree morem non intermissum more tot
ſæculis ſed ibi iam prorsus obliuioni traditum:aliis multum diuer-
ſis curis ac ſtudiis in re publica uigentibus: noſtra ætate renouatum
te duce: me milite . Scio quedam & per italiām:& apud exterās natio-
nes ingenia clarissima:quæ nihil ab hoc proposito:nifi desuetudo lō-
gior & ſéper ſuſpecta reſ nouitas arcebat. ea deinceps poſtquā i meo
capite piculū fecere breui cōſecutura:& Romanas lauroſ:certatibus ſtu-
diis dcerptura cōſido. Quis enī metuat Roberto aufſpice cūtatis aiſi
gna cōuellere? Iuuabit i hac acie primū eſſe:i q; ēē uſtimū nō ingloriū
reor.Ego quidem non infiōr:tanto impar oneri fueram :nifi mihi
fauor tuus:uires:atq; animos addidiffet. Atq; utinam diem festum

ornare serenissimæ frontis tuæ p̄sentia potuisses. quod prosector (ut ip̄ se dicere solebas) nisi ætas non sineret nequaquam maiestas regia tenuis set. Sensi quidem multis ineditis: Augusti Cæsaris quosdam morest i bi admodum probari. Atq; illum i primis q; Flacco libertino homini & qui prius aduersar; partium fuisse tam non placatum modo sed beneiuolum familiarēq; se prebuit. & Maronis sui ingenio delectatus: ple beiā originē non despexit. preclare. Quid enī minus Regium: quam i his quos aut uirtus: aut ingenium cōmendat: dū & uera nobilitas non delit & nobilitare i p̄ possis: suffragia aduētitiae nobilitatis exquirere? Nec sum nescius quid aduersus hoc litteratores nostri temporis respō deant. superbū & segne genus hoīum Maronē: & Flaccū sepultos eē nequicquā modo de his magnifica uerba iactari. excellētes oli uiros piisse tolerabiles nup & (ut sit) in imo fecem substituisse. Quid dicat & quid cogitent noui: neq; p̄assim obliuctor. Videtur enim mihi unam plauti dictum non tam illi ætati quæ uix eius rei gustū ceperat cōuenire quam huic nostræ. Ea inquit tempestate flos poetarum fuit: qui hic abierunt in communē locū. Hoc profecto nos dignius lamentamur: tūc enim nondum uenerant quos abiisse cōqueritur. Iniquissima uero ho rū intentio est. Neq; enī id agunt: ut interitū scientiar; defleant: quas extincas: ac sepultas cupiūt: sed ut coetaneos suos quos imitari nequeunt: desperatione deterreant. Sane illos desperatio s̄p̄ia retrahat: nos i pellat: & unde illis frenū ac uincula: nobis impetus: ac stimuli accesserint: ut studeamus fieri: qualem illi nullū opinantur: nisi quem antiquitas illustrauit. Rari sunt: fateor: pauci sunt: sed aliqui sunt. quid autem uerat ex paucis fieri: Si omēs raritas ipsa terruerit: breui quidem non pauci erunt: sed nulli: Enitamur: speremus: dabitur forsan ad ista p̄tige re. Maro ipse ait: possunt quia posse uidentur: & nos (mihi crede) poterimus si nos posse crediderimus. Quid enim putas? Plautus ecce suam deflet ætatem: Ennii forte seu neuii mortem dolens: ipsorum quoq; Maronis et Flacci ætas: nō equa tantis ingeniiis fuit quoq; alter diuini spiritus poeta dum uixit: emuloq; bellis sine fine uexatus: ut alienoq; operum deflorator carpitur Alteri uitio datur: quod uisus esset: antiquos parcus admirari Fuit hoc eritq; ppetuum: ut ueneratio uerustatē p̄sentia comitetur iuidia. Tibi uero regū optime: nec minus philoso uerustatē phor;: ac poeta maxime (ut ex te didici) illud eiusdē p̄cipiū altius i inuidia p̄ sedet: quod tranquillus ait: Ingenia saceruli sui oībus modis fuit: & tu sentiā co modis oībus saceruli tui soues ingenia eisq; hūanitate & clementia tua mitatur. faues: exceptus loquor Recitantes & benigne: & patienter audis: Nec tantū carmina & hystorias: sed & orationes: & dyalogos. Cōponi tamē ali quid de te nisi & serio & a p̄statissimis offēderis: In oībus his augustum imitatus: auersatus autem illos qui cuncta fastidiunt: nisi quibus p̄tiū

EPISTOLARVM:

fecit impossibilitas cōsequēdi. His tuis moribus : hac facilitate aī cū
multi saepstū ego nuper horratus sum: singulari quadam: & sine meri
tis fortuna. Neq; hic (ut dixi) substitisset regia dignatō: si aut remotior
senectus: aut Roma propinquior fuisset. Vix hic maiestatis tuae nūtius
qui pro te oib; ites fuit: quid nobis uel Roma: uel inde digressis : seu
gaudii: seu piculi acciderit: uiua uoce narrabit. De reliquo autē nouis
simi uerbi tui: ut ad te quā primū redeā sine intermissione meminero:
testor deū nō tā aulæ regiæ splēdore captus quā ingenii. Alias quidē:
quā q̄ spari a regibus solēt ex te diuitias expecto. Precor autē ut aīo
uitæ tuæ proget. & te demū ab hoc solio mortali: ad eternū trāsserat
is apud quē fons uitæ est. Vale.

Fran: Pet: Barbato sulmonēsi regio secretario. S.P.D. Quo tēpore lau
reā Romæ magno cū populi fauore assumpserit illi certum facit.

Dibus aprilis: Anno aetatis huius ultimæ: Milleſimo trecen
tesimo quadragesimo primo: i capitolio Romano: magna
populi frequētia: & ingēti gaudio: peractum ē quod nudius
tertius de me: Nec apud Neapolij decrenerat. Vrlus anguil
lariæ comes: ac senator: præalti uir iganii regio iudicio probatū laure
iſ frondibus insigniuit. Manus Regia defuit: sed nō auctoritas nec ma
iestas: illa nō mihi soli: sed oībus p̄fēs fuit. Defuerūt oculi tui atq; au
res: aīus enī assidue mecum est: defuit magnatiimus Iohannes quē a
Rege transmissum & miro studio festinante preter Ananiā excepe
re hernicorū insidie quas eū equalisse gaudeo: licet expectatus in tēpo
re nō adesset. Cætera supra spē & supra fidē succelsisse noueris. At ut
recēti expinēto cognoscerē: quā séper lātis iuncta sint tristia uix mæ
nia urbis egressi: ego cū his qui me terra & pelago secuti erant: i latro
nū armatas manus incidimus: e quibus ut liberati & Romā redire cō
pulsi fuimus: quātusq; ibi ob hāc causā populi motus. & ut die postero
certiori armatore fulti p̄sidio discessimus ac cæteros uiae casus si expli
care temptauero: lōga erit hyftoria. cuncta igitur ex latore præsentū
cognosces. Vale.

Fran: Pet. Io. Colunæ Car. S.P.D. Quod lauream adeptus sit & q̄ par
menses a Tirānide liberati sint illi significat.

Oma rediēs: diutius exoptatæ laureæ meæ cōpos: & uelut ui
ctor laureati cognomē referēs: quod gauisuro tibi uerecun
de nūtiatiū ueli: hodiemo die quod tibi ad gaudiū quoq; si
gnifico: duct u& auspiciis amicoꝝ tuorū d̄ corrigia: parbam

unde(ut scis)arcebamus:ingressus sum.Hoc eodem die sibi ipsi restituta
urbē pulso hinc p̄sidio tyrānorū.In quā rēpēte mutata rege facie:atq;
incredibili gaudio liberatæ plebis:pax libertas & iustitia rediere .Hic
ergo præcibus eoz uictus quibus ueniā tuā accessurā ipsi sperant: &
ego non dubito æstatē agere ī aium induxi .Iurāt enī se p̄fētia mea ad
modū egere quod indulgētiæ nō necessitatis esse certū est.Cui enī u
sui ī hoc statu regē sim?Nō ego urbanis strepitibus:sed siluestribus si
lentiis delector.non legū aut armō curis:sed solitudini & ocio natus
sum.Ipsi quidē uoti mei cōscii:mirā mihi quietē pollicētur:cum fragor
hic & ardor letitiæ gestiētis:assiduitate tepuerit.quicquid erit mos ge
rēdus fuit benigne p̄cantibus.Hiemis initio me uidebis .ita dico .nisi
uel tibi citius uel fortunæ serius placuerit.Vale.

Fran:Pet:Peregrino messanēsi.S.P.D deplorat Thomæ messanensis
obitu: simulq; epigrāma ut supra defūcti sepulchrū effigat illi d̄stinat.

g Rauissimā quærelā epistolæ finibus nō cōtētā:differre com
pulsus sum.nō ē usitatū aī mei uulnus:aut uulgato medicami
ne rereuandū .Altius ī p̄cordia descēdit:obseruauit enī no
cēdi locū:ac tēpus:& toto pondere fetox incubuit fortuna:
Thomamq; meū nūquam mihi sine lachrimis nominadū eximio flo
re rare idolis:fructus uberrimos:& magna rege icremēta pollicitū pri
mo(ut sic dixerī)ætatis uere p̄ripuit.Cuius īmaturo obitu(ipse mihi
fateor)mortalia cūcta uiluerūt.Video quanta rerum nostra& firmitas
quid mihi nūc spandū sit exēplo cōiūctissimi fratris admoneor .Vna
ætas erat.Idē aīus.Sūma studio& paritas incredibilis identitas uolum
tatū .Vnū eramus.Vno calle gradiebamur.Vnū terminū petebamus
Vnus labor:una spes.una erat itētio:unus utinā finis eēt.Hāc acerbissi
mā fati uī:deflere mecum:& p̄fudissimo simul uulneri meo:paria si pos
sum adhibere remedia:meq; ipsum meis litteris:& iusto uolumen consolari:
propositū est mihi.Fecit hoc primus in morte dilectissimæ filiae:
Marcus Cicero:diuino ille quidē et iacessibili quodā stilo.Fecit idē
multis post s̄æculis ī morte fratris Ambrosius.Tentare libet:modo per
occupationes liceat quid in amici morte possit stilus humilior .Interū
epigrāma:quod postulas udū fletu:accipe.placet ut sup sepulchri lapi
dē breue carmen:& super amici corpus dolor meus emineat.Vale.

Indolis atq; animi fælicem cernite thomam.

Quem rapuit fati præcipitata dies.

Hunc dederat mundo tellus uicina peloro.

Abstulit hæc eadē munus auara suum.

EPISTOLARVM.

Florentēq; noua iūmenē uirtute repente.

Succidit misero mōs inimica mihi.

Anne igitur grates referam pro munere tanto.

Carminibus siculum litus ad astra ferens :

Anne gemā potius simul indignorq; rapinā.

Flebo. Nihil miseris dulcius est gemitu.

Fran: Pet: Iacobo Messanensi .S.P.D.Thomæ mes. obitum gtaui
ter tulisse ostendit.

Ost thomam meum: fateor mori uolui nec potui. Sperauis:

sed elusus sum. Nec ignoro quid si hoc audiat: responsurus

fit Anneus Seneca? Frustra scilicet optati: qđ i manu positū

nostra sit. Ego uero in multis hominis ingenium probans

ab eodem tamen, in multis & prefertim in hac præcipiti ac temeraria

opinione dissentio: quam nō solum nostris sed philosophoꝝ quoq;

gentilium: testimonis & auctoritatē cōuincere: non operosa disputa-

tio effet: sed modo non id agimus. Igitur ut ad rem ueniā is felicissimi

rumoribus affecto: & optima mei parte amissa: uitam sine illo uere so-

litariam atq; anxiā peroſo: peropportuna febris: affuit qua duce letus

usq; ad ipsum limen mortis accessi. sed cum transire uellem in foribus

scriptum erat. Noli adhuc: nondum uenit hora tua. continui gradum

& repulsus inde: mæstuſ ad uitam redii. Atq; ita sum: ut facile cernen-

tibus appareat: me inuitum uiuere. Viuo tamen. quod omnes metuūt

solus sperans & dolorem meum breuitate consolor. Scio enim quod

mihi cum morte fedus. quod cum carne comertium. Utinam sic mihi

quātulūcūq; uitæ supereſt: contingat agere: ut omnibus horis p̄o

ptu & (ut dici solet) in numerato habeā quod debeo. sitq; quod ait psal-

mista. Anima mea in manibus meis semper. Vale.

Fran: Pet: Io. Columnæ .S.P.D. Hortatur illum ut mortem Iacobi Fra-

tris forti anio Ferat.

Rget dolor. hortatur caritas: ut scribam aliquid. sola d̄spera-

tio profectus dehortatur. Credo enim recētissimum adhuc

animi tui uulnus: talibus auxiliis nō egere. Vincet dolor: uin-

cet amor. cedet desperatio. In uitæ deuotionis imperio dam-

natum sepius & abiectum reuertor ad calamū. Sic enim & si nihil am-

plius tantisper euaporabit iste: qui me intus urit & pregrauat calamito-

sæ mentis affectus. atq; utinam merori tuo: non intempestiuus & ipo-

tunus cōsolator accesserī: Scio irrisos a Tiberio principe yliensiū le-

gatos: quibus cu m ad eum consolandum in morte filii aliquanto seri-

Fruſtra ea
optari q
nobis inte
gra ſint ex
Senecæ di
ſto:

us uenissent: in mandatis expositis respondit: & se illo tum uicem dole
re q̄ egregium ciuem hectorē amisissent. sed non ea tibi mens est
neq̄ hi mores: notissima tua est pietas: pernulgata humanitas: non in
tuos modo: sed in omnes. Itaq̄ non sum nescius: quot gemitus iam
fortassis: uel animi uirtute compræssos uel tractu temporis parumper
absteros: hoc sim suscitaturus alloquio. Nunquā & enim casum tuum
uerbis extenuare tentabo. Illud potius fatebor: nullum ex oibūs quos
ego quidem uiderim: q̄ quibus audierim: aut legerim: plus unius mor
te fratris amisisse. Vide quātū lachrimis indulgeo: & quā latū suspitiis
iter pando: dum extirpandis si dabitur: totius morbi radicibus sum in
tentus. fluant interim quacunq; libet dum meminerint: iisdem mox
tramitibus obstrusis: non licere amplius niti: & (qui luctuosaḡ mentiū
mos est) alias atq; alias dolori rimulas conquirere. Magnā igitur i pri
mis quandam & insignem iacturam accidisse tibi uideo: talis & tā di
lecti fratris interitu. Verum tunc ego infinitam & inextimabilem iudi
carem: quando mors illum extinxisset: & non spatio modici temporis
seperasset. Atqui dum hic fuerat: quantulam uitæ suæ particulam sub
oculis tuis egit? Computa oro tempora (quod audiissime faciunt a
mantes) & ab ultima repetens infantia: usq; ad hanc ætatem memori
animo percurre. Iam ille procul a patria genitus & sub Illo gloriosif
fimo patris exilio productus in lucem primos uagitus edidit in ter
ra longinqua. Spectataq; indolis puer tenerioris uitæ annos: uel sine
te: uel si tecum egit: ea tamen erat amborum ætas: quæ nec ueri iudicii
capax est: & solidi amoris fundamenta non recipit. Ita uel semper ea
tenus absens fuit: uel absenti simillimus. Mox ubi adolescentiæ fines
attigit: incredibili quodam amore litterar̄: quarum haud temere quis
quam fuit appetentior nunc per italiā: nunc per gallias longe: lateq;
peregrinatus est. Ita dū anhelans: ac per diuersa terrarum generosam
sitim satagens extinguere omnibus ferme studiorum fontibus. imer
gitur: usq; ad uirilem atatem spontaneū ipse sibi indixit exilium. post
hæc sola uirtutis admiratione facilime dispensantæ: ante annos ade
piscopatum est prouectus: quē sic gessit: ut tantum uirum non altiori
solio sedentem cernere cunctos bonos puderet: præter eū ipsum: qui
ab omni ambitionis aut auaritiæ ardore liberrimus: & sorte sua latus
episcopalem gradum insigniter honestabat: atq; altiorein non modo
non optabat ascensum: quin potius: detestabatur atq; oderat: & uelut
præcipitii sedem illud supræme fortunæ fastigium perhorrebat. cuius
rei: cū totius uitæ tenor: atq; unus semper secretoris textus eloquii: in
quo celsum illum ac tranquillum animum uidebanius: tum præcipue
testis est grauitatis: ac modestiæ: contemptusq; terrenarum rerum ple
nia epistola: quā manu propria nouissimis uitæ suæ temporibus ad te

Callida ti
berii prin
cipis respō
sio legati
liensium.

I otisib;.
- no rō hū
- om illat
shido lō
at

Sic! ouidi
us: bene q
numera
mus amā
tes

EPISTOLARVM

scripsit. Quāq; dū relego: nūq; sine iocūdis lachrimis facio. Est enī apd
me: quē illius & custodia: & respōlo dignū credidisti. Nūc et & p̄sentē
spectare: & uiuas uoces audire mihi uideor. Nec magno pe ulla regre
te philosophorū scolas: tā plene ibi paucissimis uerbis absoluīt: q; ad io
brietatē p̄tinēt: & ad beatā uitā. Atq; iter cætera miꝝ dictū: cū de eo at
tollēdo altius assidue ageretur religiosissimo iure iurādo iterposito af
firmat: se supra q; credi posset rebus suis eē cōtētū. Nec ullo pacto altius
ascēsurū & i quo tūc erat statu mori se nō spare tātū: sed optate. Ascen
disset autem uel inuitus: quo eum & sanguinis claritas & merita trahe
indignantem stomachū releuare studeo . Vereor ne tibi quoq; bilema mouerim:quae si nulli rei profutura est & preter indignari nil reliquum nobis.hinc illorum temeritas:hinc patientia uestra fecit . Quid iuuat indignitatem rerum :equare uelle sermonibus? quod nec Cicero ipse possit nec demosthenes:& si forte successerit auctori suo tantum damnosum sit ingenium quo scribenti potius animi tranquillitas quā scelerum impunitas fontibus auferatur. Itaq; finem uerbis imponere consilium est.Ter nisi fallor aut quater ipsum carceris limen ingressus : capuane castrum dicitur.Amicos tuos uidi:nil nisi de te sperantes.quoniam iustitiam sibi suam in qua summum presidium esse debuerat damnosam hactenus experti sunt:& profecto periculosisssimū est sub iniusto iudice iustum causam souere. Accedit quod nullus miserere capitalior hostis est:quam qui fortunæ suæ spoliis superbus incedit.si quidem de medio tolli cupit :cui quandoq; repetende rationis esse possit occasio. Ita semper avaritie uicina crudelitas .obseruatūq; est unde insignis patrimonii iactura prouenerit:inde quoq; uite periculum prouenire.Dura fors hominis:cui nec tuto pauperem esse:nec diuitem denuo fieri licet.Id si ulli unquam:amicis modo tuis accidit (de captiuorū enim preda nemo nō partem rapuit)quādo autem aliena libertati:aut saluti fauebunt:rapacissimi predones:quæ cum propria paupertate coniuncta esse uideatur. Itaq; nihil habuisse securius. Sed ita se res habet:damnis grauibus acres inimicitias quesiere. Vidi eos in compedibus.O rem indignam o instabilem:ac precipitem fortunæ rotam.Cæterum ut nihil illa captiuitate deformius:sic captiuorum animis nihil excelsius. Saluo te spem optimam rerum suarē habent:ego quod sperē nihil habeo :nisi aliqua uis maior interuenerit. Si enim consilii clementiam expectant:actum est.squalore carceris consumuntur . Regina senior coniunx olim regia nunc miserrima uiduam:miseretur ut dicit:nihil amplius se posse confirmans . Cleopatra cum ptolomeo suo misereri possent :si photinus Achillasq; permitte rent:Ego haec uideo. quo animo:ne dici quidem opus est.Sed quid agam patiendum est. & quāuis:responsi certus:responsum tamen etiā nunc iussus expecto.Vale.

Fran.Pet.Io.Columnæ.S.P.D.Quae admiratione digna Baiis & puteolis uiderit hac epistola illi significat.

m Os mihi tuus olim notus:nil ignorare potes equo animo . Ita generosum spiritum inexplebilis noscendi cupiditas ex agitat . Gessi uoluntati tue morem:quotiens Arcthon:aut occasum circuire fortuna me uoluit mea.Nunc mihi diuers

sum iter peragēti mens eadem est: Idem parendi propositum. Atq; ad
 uentus quidem mei summam uiarūq; casus: & quæ deinceps in capti-
 uorum tuorum negotiis: apud neapolim gesta sunt: quæ ue in reliquū
 spes supersit audisti. Audi nunc reliqua: quibus ut irarum nihil sic de-
 lectatiōis plusculū inerit. Siquidē expectationis inutilis ac diuturnæ
 tedio affectus: Garganū montē brūdusiiq; portū: atq; illū oēm superi **Garganus**
 maris tractū lustrare decreuerā nō magis illa uidendi: quā ista linquen mons.
 di desiderio: qd' tamen Regina seniore dissuadente cōpescui: & lon-
 gioris peregrinationis impetū: ad proximiora certe: & mirabiliora cō-
 uerti. Qui si forte hinc digresso & illa inuisere: anni tēpus nō negaue-
 rit: laborem ipse meū solabor: q; quāuis eoꝝ pro quibus uenerā nihil
 feceri. Multa tamē q; nō putabā uiderī. sed d illius igēti fere totius ita-
 liæ ambitu: ad te rediens: uita nō deserente corā loquar. Visa hactenus
 quoniā hac citius uia in notitiam tuā uentura sunt scriptis perferenda
 cōmisi. Baias ego clarissimis uiris lohāne Barrili: & Barbato meo cōi-
 tantibus uidi. Nulla mihi letior dies & amicoꝝ comitatu & uarietate
 rerū illustriū: & uicinia multorū tristiuꝝ dieꝝ: uidimus illū hibernis mē-
 sibus pamenū sinū quē sol æstiuꝝ (nisi fallor) infestat. Nihil enim pre-
 ter opinionē habeo. Nūquā me hic æstas repit. tertius árus est ex quo
 huc primū seuiente aquilōe: hieme media delatus sum. quo præsertim
 tempore: iter equoreū seruitus magna est. Itaq; de multis: quæ optabā
 nihil minus spectare licuit. Cæterꝝ breuissimo reꝝ gustu tūc incensū
 animū: & iam antea ab adolescentia calentē hodie demū uoti cōpotē
 feci. Vidi loca a Vergilio: & (qd' maxime mireris) ab homero multum
 ante descripta. Vir graius antiquissimus atq; doctissimus: & nulli secū-
 dus ingenio insignem: & qualē res exigebat: locū nusquā inueniēs: ab
 italia mutuatus est. Vidi auerni: & lucrini lacus. Acherontis quoq; sta-
 gnantes aquas: piscinā infelicitis nati seuitia auguste. Gai Caligule super
 bū olim nūc obrutū undis iter: & Iulii Cæsaris iniectū pelago frenū. Vi-
 di sibillæ patriā ac domū: & horrificū illud specus: stultis irremeabile
 doctioribus inaccessum. Vidi falernū mōtē famoso palmite cōspicuū
 & hic aridā tellurē morbis salutare sumū ppetuō exhalatē. illic cīeꝝ
 globos & feruētes scatebras haenei istar ūdātis: cōfuso murmure eruc-
 tantē. Vidi rupes undiq; liquorē saluberrimū stillantes. & cūctis olim
 morboꝝ generibus: omniparentis naturæ munera adhibita: post medi-
 corum iuidia (ut memorant) confusa balnea. Ad quæ tamen nunc etiā
 e finitimis urbibus ingens omnis sexus ætatisq; concursus est. Vidi nō
 criptam modo: quæ Neapolitana dicitur: cuius ad lucilium scribēs me
 minit anneus Seneca: sed passim perforatos montes: atq; suspensos te-
 studinibus marmoreis eximio candore fulgentibus: & insculptas yma-

EPISTOLARVM

gines: quis latex: cui corporis parti faueat: manu apposita designantur:
In stuporem me non magis facies locorum quam labor artificum coe-
git. Iam minus miror romana menia: romanas arces: Romana palatia
quando tam procul a patria (quamvis excellētibus uiris ubiq; sit pa-
tria) Romanorum ducum similis cura proteinditur: quibus ultra cen-
tesimum lapidem esse: quasi suburbane fuerant hiberne delitiæ. Esti-
nas enim tybur prestabat: & fucinus & frondentes apennini ualles
& cimini cum monte lacus (ut ait maro) & aprici umbriæ recessus. &
umbrosi colles Tusculi. & ex re dictu algidum. & uiti fontes & luci-
da flumina. Hibernas antium. Anxur: formiae: caieta: neapolis. Nu-
la tamen amenior: nulla frequentior: quam baiatum statio. quod &
scriptorum illius æui fides: & ingentes murorum reliquiæ testantur.
Et si non sim nescius fuisse magis hoc humanæ uoluptati: quam Ro-
mæ seueritati dignū domiciliū. Ideoq; & Marius natura uir aspior &
pompeius: & Cæsar humanis moribus altiores: in montibus edifica-
se laudantur. Vnde quod decuit non immersi sed subducti effeminā-
tibus animos munditiis: nauticum strepitum: & Baianas ex alto de-
spicerent uoluptates. Scipio autem Africanus: uir incomparabilis: &
cui in uirtute omnia nullum cum noluptate comertium consilio
reliquæ uitæ simillimo: non tam ex alto despicere: quam prorsus nō
aspicere decreuit hunc locum suis artibus aduersum. Extra prospectū
igitur secessit. & iterum quam Baiis habitare maluit: quam tillulam
hinc non abesse scio: nihilq; audius spectasse: si quo duce in loca tan-
to habitatore nobilia: penetrare potuisse. Cum multa sane mi-
rabilia deus ille fecerit: qui facit mirabilia magna solus: nihil tamen
hominè mirabilius in terris fecit. Super omnia ergo quæ uel iste di-
es mihi ostendit: uel tibi hæc ostendet epistola puteolanæ mulieris:
Mariæ pu- animi ac corporis insigne robur fuerit. Mariam uocant. Singulare
teolane ui illi seruate uirginitatis decus. Iugis inter uitos eosq; saepius armatos-
res recēserunt. conuersatio. Nulli unquam tamen (ut constantissima omnium opinio-
est) uel ioco uel serio rigidæ mulieris attentata uirginitas metu ma-
gis (ut memorant) quam reuerentia prohibente. Corpus illi militare
magis quam uirgineum: uires corporeæ probatis militibus optande-
rara & insueta dexteritas. Virens ætas: habitus ac studium uiti fortis
non telas illa: sed tela. non acus & specula: sed arcus & spicula
meditatur. Non illam oscula: & proterui dentis lasciuia uesti-
gia: sed uulnera cicatricesq; nobilitat. præcipua armorum cura est:
animus ferri mortisque contemptor. bellum cum finitimiis heredi-
tarium gerit. quo multi iam ultro citroq; periere. Interdum sola:
saepè paucis comitata manum cum hoste conseruit: ubiq; ad hunc

dilem: uictis preceps in preium tuere: lenta discedere: animose hostem aggredi: caute insidias texere: famem: sitim: frigus: aestum: somnum lassitudinem: incredibili patientia perferre: sub diuo pernox & sub armis agere. Huius requiescere herbosam cespitem: uel substratum clipeum in delitiis habere. Inter iam continuos labores multum breui tempore mutata est. Quantulum est enim quod me romam: ac neapolim ad regem siculum iuuenilis studium gloriae attraxit profecto quam tunc inermem uideram: hodie armata. & armatis septa cum ad me salutandum accessisset miratus sum: & uelut ignoto viro salutem reddidi: donec risu eius: & comitum monitu presius intuitus: uix tandem sub casside toruam & incultam uirginem recognoui: Multa de illa fabulis similia narrantur. Ego quod uidi referam. Conuenerant e diuersis mundi partibus uiui fortes & armorum exercitio durati: quos alio tendentes illic fortuna deposuerat: auditaque mulieris fama experiendi uires cupiditas incesserat. Itaque magno consensu omnium in arcem puteolanam ascēdimus. sola erat. & ante templi fores nescio quid cogitans obambulabat aduentu nostro nihil mota est. Instamus orare ut uirium sua rum aliquod nobis experimentum prebeat. Illa diu excusata brachii ualitudine tandem graue saxum: ac ferream trabem iussit afferri: quam cum in medium proieciasset ut tollerent atque expirentur: hora ta est. Quid multa? longa ibi (ut inter pares contentio) & magno res acta certamine spectatrice quidem illa & singulorum uires in silentio extimante. Postremo facili iactu adeo se superiorem approbavit ut reliquos stupor ingens me etiam pudor inuaderet. Denique ita inde discessum est ut uix oculis fidem dantes subesse aliquid prestigii putaremus. Fama est Robertum summum illum & uirum: & regem his quoddam litoribus magna classe prenauigantem permotum talis feminæ miraculo uidendi gratia substituisse puteolis. quod ideo apud me ueri faciem non habet quia in tanta uicinitate terrarum euocaturus illam fuisse uideatur. Sed fortassis aliam ob causam cum illuc applicuisset rem nouam spectare uoluit ardens & noscendi cupidum illud ingenium. Verum huiuscce rei fides ut ceterarum quas auditui credimus: penes narratores maneat: mihi quidem feminæ huius aspectus credibilia efficit: quod nō mō de amazonibus & famoso illo quoddam regno fēineo: sed ēt quod de bellatricibus italis uirginibus tradūtur: duce cāilla: cuius iter cūctas celebre nomē ē. Quid enī multis opinari phibet quod ī una? nisi uidissim essem forsan ad credendum segnior. Et illa quidem uetus non procul hinc priuerni:

EPISTOLARVM:

Scilicet tempore iliace ruine: haec recentior camilla puteolis nostris te
poribus orta est. quam tibi iteri litterulis meis testata eē uolui. Vale.

Frau. Pet. Iohanni columnæ. S.P.D. Tempestatem quam apud
neapolim omnium ingentissimā uiderat: hac epistola describit.

Nsignem tempestatem describens Satiricus: ut multa pau
cis clauderet: poeticā tempestatem surrexisse ait. Quid enī
breuius? Quid expressius? nihil iratum celū aut pelagus po
test quod nō equet uerbis ac superet poetarum stilus: & (ne
manifesta in re superuacuis utar) homericam tempestatem nosti & al
lisum scopulo ducem: atq; omnem capharei montis insultum: quem
imitati nostri poetæ aquarum montes ad sidera sustulerunt. Nihil sa
ne uel pingi eloquio: uel animo singi potest: quod non externa dies
impleuerit: immo procul excesserit. singulare quoddam: & omnibus
sæculis inauditum malum. Itaq; homerus graiam. Eoliam maro. luca
nus Epirensem. Alii alias tempestates canant. Mihi si unquam uacuum
tempus erit Neapolitana tempestas carminis materiam abunde tri
buet. quāquam non neapolitana tantum: sed totius superi atq; inferi
maris: & uniuersalis quodāmodo tempestas (ut opinantur) fuerit: mi
hi neapolitana est: quia me nepoli graues moras agentem repperit.

Sane quantum inter presentis temporis angustias & festinatio
nem nuntii loqui datum. hoc tibi persuade nihil unquam horribili
us: nihil concitatus uisum esse: preuenerate quidem mirum dictu ista
tis mali fama: religioso quodam Episcopo: astrorumq; curioso & ui
cina quadam insula aliquot ante diebus periculum nuntiante: sed
ut fere nunquam coniecturis ad uerum penetrant: non maritimum
sed terrestrem motum predixerat: ruituramq; neapolim ad septimū
Kalendas decembris. Millesimo trecentesimo quadragesimo tertio.
& usq; adeo miris cuncta terroribus impleuerat: ut magna pars popu
li peccatorum penitentiae: & sub mortem mutando uitæ statui inten
ta: omne aliud negotii genus abiceret. Multis contra uanos metus
irridentibus: eoq; magis quod per eos dies: non paruis quibusdam
tempestatibus in die erratum: & tota uaticinii fides absunta uideba
tur. Ego nec spei plenus nec timoris: ut ad neutrum prolapsus: sic ad
utrumlibet pronus eram: sed pronior ad timorem. Nam & fere hoc in

Segnius rebus est: ut segnius sperata quam formidata proueniant. & multas
spata quā eo tempore cæli minas audieram ac uideram: quæ gelidis in regioni
formida bus habitare solito monstri instar hiemali frigore in metum: ac pene
rapueniūt

in religionē uerteram . Quid plura? nox aderat : quam lux suspecta
sequebatur. trepidula seminarum turba periculi potius: quam pndo
ris memor: per uicos plateasq; discurrere: atq; ad ubera præfissi infantī
bus supplex & lachrimosa templorum liminibus obuersari. Trepidatio
ne igitur publica permotus prima uespera domum redii. Solito quidē
tranquillus cælum erat: qua fiducia qui mecum sunt maturius in cubi
culū cōcesserant mihi expectare uisum est: cōtemplaturo qua luna fron
te occūberet: erat aut (nisi fallor) septima. Insti igitur ad occasum
spectantibus fenestrīs: donec eam obuolutam nimbis: & mesta facie: an
te medium noctis: proximus mons abscondit. Tum demum: & ego le
stulum meum: dilatū soporē excepturus ingredior. Vix dum totus ob
dormieram: cum repente horribili fragore non tantū fenestræ: sed mu
rus ipse: saxeæ textudine solidus ab imis fundamentis impulsus tremit.
& nocturnum lumen: sopito mihi uigilare solitum: extinguitur. excu
timur stratis: & ī locū somni uicinæ motus mortis igreditur. Ecce autē
dum inter tenebras: alter alterum quærit: & beneficio dire lucis ostēs os
trepidis inuicem nos uocibus cohortamur. Religiosi uiri quorum in
edibus habitamus: & sanctissimus eorum prior: quem honoris causa no
minto: dauit: qui ex more ad nocturnas xp̄i laudes surgebant: repenti
no malo territi: crucibusq; ac sanctoꝝ reliquiis armati: & alta uoce dei
misericordiā implorantes: thalamum ubi ego eram: prælatiſ facibus ir
rumpunt. Reuixi tantisper: omnes inde ad ecclesiam pergimus: ibi q; ef
fusi multis cum gemitibus pernoctamus. cum iam iam affuturum finē
& ruitura circum omnīa crederemus. Longius eam: si omnem illius in
fernæ noctis horrorem uerbis amplecti uelim: & quamuis lōge cætera
uerum sistat: ueri tamen fidem transcendet oratio: quis himber. qui uē
ti quæ fulmina. Quis cæli frigor. Quis terrarum tremor. Quis mugitus
pelagi. quis hominum ululatus. Cum in hœc statu quasi magicis canta
minibus geminato noctis spatio: ad auroram uix tandem uenissemus
& diei uicinitas: magis conjectura animi: quam lucis inditio appareret:
amicis sacerdotes sacra altari bus instaurant & nos cælum nondum in
tueri ausi: in uida: & nuda circum tellure prosternimur. Cæterum cum
iam haud dubia licet nocti simillima dies esset: & omnis repete clamor
hominum superiore urbis parte siluissest: sed de littorea regione magis
magisq; crebresceret: neq; percontando quid rei esset appareret: despe
ratione (ut fit) in audaciam uersa: equos ascendimus & ad portum uisu
ri: morituriq; descendimus. Dii boni quando unquam tale aliquid au
ditum est: decrepiti naute: rem sine exemplo afferūt. In ipso portu me
dio fedum ac triste naufragium: sparsos equore miseros: & uicinam
terrā manibus prendere molientes: unda saxis impegerat. & ceu to

EPISTOLARVM:

tidē tenera oua disiecerat. totum elisis: & adhuc palpitatibus resertū: cadaueribus litus erat. Huic cerebrum illi precordia fluebant. Hæc in ter tantus uirorum strepitus tantaq; mulierum eiulatio: ut maris cæ licq; fragorem uincerent. Accedebat edium ruina: quarum multas fū ditus violentior fluctus euertit: cui nullus die illo limes: nulla uel humanae manus reuerentia: uel naturæ statutos fines & litora cōsueta trā scenderat: & tam moles illa ingens studio hominum aggesta quæ obiectu laterum (ut ait maro) portum efficit quam omnis uicina māri regio undis obruta. & ubi planum siccis pedibus iter fuerat pericu losa nauigatio facta erat. Mille illic uel eo amplius neapolitani equi tes uelut ad exequias patriæ conuenerant. Et ego turbæ imixtus iā par cius timere ceperam tanta cum acie periturus: dum nouus repente cla mor tollitur locus ipse in quo stabamus: fluctu subter penetrante do mitus rubebat: eripuimus nos in editiorem locum. Non erat oculos in altum mittere. Iratam iouis ac neptuni faciem mortalis acies non se rebat. Mille inter capreas atq; neapolim fluitabant undatum mótes. Non ceruleum: aut (quod in magnistēpestatisbus solet) nigræ: sed canū horriflico spumaq; cādore fretū cernebatur. regia iteri iūior: nuda pē des & inculta comas & cum ea semineum ingens agmē expugnata periculis uerecundia regia egrediuntur. & ad reginæ uirginis templā festinant orantes ueniam rebus extremis. Sed iam tanti pauoris exitum pauide nisi fallor expectas. Egre nos in terris euasimus: in alto: nauis nulla par fluctibus inuenta ne in portu quidem Tres mastili ensium lōgas naues (quas galeas uocāt) quæ cipro reduces: & tot maria emēsæ mane nauigaturæ in anchoris stabat: illachrimatibus uniuersis nemine autem ferre auxilium ualente fluctibus mergi: nauta rum: atq; uectorum ne uno quidem saluo uidimus. Aliæ quoq; maiores & omnis generis naues quæ in portum uelut in arcem tutissimā confugerant pari fine consumptæ sunt. Vna de tam multis sola superfluit onerata latronibus: quibus iustum supplicium remissū erat ut in expeditionem siculam mitterentur & huic gladio erepti: in illos inciderent. Horum ingens quedam & fortissima: & taurinis coriis armata nauis cum usq; sub occasum solis uim pelagi pertulisset: tandem & ipsa uinci ceperat. Illi uero undiq; fatiscenti carine supremis urgentibus periculis occurruunt. Erant enim (ut aiunt) quadrigenti numero: turba classi: nedum nauigio sufficiens: & erant uiribus pollē tes & qui a morte liberati nil iam grauius formidarent, eoq; pertinacius atq; animosius obsisterent. Itaq; dū differunt sensimq; mergū tur. Vsq; ad proxime noctis partem naufragii traxere. tū uicti deser tis armis in supiora nauis eruperant. dum eccē preter spem & celi uul

etus serēari:& fessi maris irā lētescere cæpit. Ita cunctis pereūtibus pēf
simi omniū euasere: siue quia seruat multos fortuna nocētes (ut luca
nus) siue quia diis aliter uisū est (ut uergilius ait) siue ut itelligi detur
illós inter mortis pericula tutiores: quibus uilior uita est. Hæc es
ternæ historiæ summa est: quæ ne fructa digitos meos auresq; tuas
detinuerit: quamuis humanorum discriminū amplam preferat mate
riam: de quibus multa quidem sæpe: sed pro rei qualitate pauca semp
a sapientibus dici solent. Hoc unum mihi certe prestiterit: ut te obse
crē ne me unquam amplius uitam uētis ac fluctibus credere iubeas.
hoc enim est in quo: neq; tibi: neq; romano pōtifici: neq; patri meo: si
ad lucem redeat parere uelim. Aerē uolucribus: mare pīscibns relin
quo: terrenū aial terrestre iter agam. dum pes meus terrā calcet: nec
pharetratum sarmatā: nec lūdentem in hospitibus maurū adire re
nuo. mitte me quo uis: ne indos quidem excipio. Alioquin parce con
fesso: nō decembribus tantum saturnalibus sed toto anno libertate
utar. quid enī oro mihi amplius suadeas: aut quibus unquā me uer
bis aggrediaris ut nauigem? Firmam puppim. doctos nautas elige. at
his utrūq; cōtigerat: cum sole portum pete. Nōctu anchoram demitte
hostis occursū caue: lege litoris orā. At ii diurnis horis in portu. An
chora harenis tenacibus affixa: & pene litus ipsum remigio tangētes
inter tot millia miserantiū amicorum perierte. Hæc ego nō legi: nō au
diui: sed oculis meis uidi. Itaq; desine iā tādē: & i hoc saltē pauori meo
pudor tuus ignoscat. Scio quid aduersus hæc a doctoribus dispute
tur. Vbiq; par periculum: & si i mari clatiū appareat. sit ita. tu tamen
ingenue feceris. si in terris ortū: in terris mori pmiseris. Vix ullū iter
nos mare ē. cuius nō sāpe naufragus fueri: cū tamē iter laudataſ publīi
sētētias illa sit. Improbē neptūnū accusat q itē naufragiū facit. Vale.

Fran. Pet. Io. Colūnæ. S.P.D. Gladiatoriōs ludōs qui neapoli ex
ercebātur: neapolitanorūq; mores detestatur.

Bsolui grauibus occupationū laqif spabā: & successiflet (ut
arbitror) nisi cōstrictos pietate aīos seipens ille tabificus re
soluisse. Nō ore pīllus promptius quam ego auræ uirus a
gnoui. Instiū occurrere: sed iā ueteror ne letale malū sit. retētabo tamē
dōec ulle spei reliqæ superūt. Et forsā heri aduerspā uel repulsæ grām
meruissē nisi cōciliū dirēisset festinata nox: & domū maturius coegis
set. imedicabilis egritudo hūius urbis q multis i rebus pclarissima: unū
hoc obscurē habet & obseniū & iueteratū malū. Nocturnū iter hic nō
secus atq; iter dēfīssimas siluas anceps: ac piculis plenum est obsiden
tibus uias nobilibus adolescentulis armatis: quōrē licentiā nulla unquā
uel patrū disciplina: uel magistratuū auctoritas: uel regū maiestas: atq; i

EPISTOLARVM.

petiū frenare quiuit. Quid autem miri est? si quid p umbrā noctis nullo teste petulantius audeant cum luce media inspectantibus regibus ac populo; famis ille gladiatoriū ludus in urbe itala celebretur plus quam barbatica feritate. Vbi more pecudum: sanguis humanus funditur: & saepe plaudentibus insanorum curieis, sub oculis miserorum parentum infelices filii iugulantur: iuguloq; gladium cunctantius excepisse infamia summa est: quasi pro re publica: aut pro eterne uitæ p miis certetur. Illuc ego pridē ignarus omnium ductus sum: ad locum urbi contiguum: quem carbonariam uocant: non indigno uocabulo: ubi scilicet ad mortis incudem cruentos fabros denigrat tantorū sceletū officina. Aderat regia: & adreas regulus puer alti si una quā dilatū diadema fuissecepit. Aderat oīs neapolitana militia qua nulla comptior: nulla decentior: uulgus certatim omne cōfluxerat. Ego itaq; tanto concursu: tantaq; clarorum hominum intentione suspensus ut grande aliquid uisurus oculos intenderam. dum repente quasi letum quiddam accidisset plausus inenarrabilis ad celum tollitur. Circumspicio: & ecce formosissimus adolescens: rigido mucrone transfoſsus ante pedes meos corruit. Obſtupui: & toto corpore cohorrefiens equo calcaribus adacto: tetrū atq; tartareū spectaculum effugi: comitum fraudem: spectatorum feuitiam: & lusorum insaniā identidem accusans. Hæc gemina pestis pater optime: quasi per manus tradita a maioribus ad posteros semper crescendo peruenit. eo q; progressa est: ut iam dignitatis: ac libertatis nomen habeat licentia delinquendi. Sed de his hactenus: nam & tragicum opus est. & multa super his inter obſtatos ciues iam pdidi. Minie uero mirabere amicos tuos: tanto auaritiæ premio proposito: in ea urbe uinctos esse in qua hominem innoxium occidere ludus est. quam licet unam ex omnibus Vergilius dulcem uocat: non iniq; tamen: ut nunc est bistoniam notaſset infamia. Heu fuge crudeles terras: fuge litus auarum. ego quidem & de hac patria dictū illud accipiam. & nisi aliud audieris: ante triduum: uel infectis rebus effugisse me credito in cisalpinam primū galliam. Inde in transalpinam: & ad te qui omne tempus. omne mihi preter equoreū delectabile iter facis. Vale.

Fran. Pet. Iohanniandreæ bononiensi. S.P.D. Quid de ſōniis ſentiat: quantoq; ſōniis adhibenda sit fides ostendit.

n Octurno te ſomnio permotum ſcribis: Vſq; adeo: ut niſi quia qd ſōniasti ex illoq; genere ē q̄ aplius quā ſemel fieri

nequeunt . & uigilantem te uidisse crediturus fueris quod dormiens
uideras . & secundo cernere : quod uigilans uidisti . Itaq; confe-
stim subsequens euentus(ut memoras) minime iterabilis rei docuit sō-
num suisse:quod prius uideras:& an aliquid mihi tale contigerit i ui-
ta:quid ue de tota hac re sētiam :quid docti homines censeant queris.
Magnus sermonum campus:magna disputandi materia est.prestertim
quia questio hæc nō intra litteratos tantum(ut pleræq;) sed in uulgas
executitur:& cuiq; per se grabatuli sui argumenta suppeditant:ut in tā
to disceptantium strepitū uerum inuenire difficile sit.Neq; enī uulgas
modo sed docti quoq; dissentunt:quoq; omniū sentētias nosti :nisi Qui de sō
quia de industria me ad scribendum elicis.Habes macrobii cōmētū niis scrip-
in rei publice librum sextum ubi de somniis clara & breui distinctōe serunt au-
disserruit . Habes de his & horum adiacentiis: A ristotelicum uolumen ctoreſ.
Habes demum Ciceronianæ diuinationis libros ibi quid aliis quid si
bi uideatur inuenies . Quid me iubet replicare notissima? Sane post ue-
terum auctoritatem:opinionem meam audire uelle curiosum ē .quip
pe Curiosa est omnis amicitia.Si quid uero momenti repositū apud
te in iudicio meo est: & quid mihi etiam placeat ad rem pertinere ar-
bitrariſ. cum in multis tūm in hoc Ciceroni meo assentior : minime
quidem pertinaciter : sed p̄aratus cum eodem mutare sententiam : si
quid certius affulxerit:affirmandi superbiam:temeritatemq; declināſ.
Id ipse mihi de Achademiæ suæ fontibus consilium prebet.Hæc sum
ma est.Si quid de hac re uerbosius agentem audire uolueris. est in ma-
nibus liber memorandarum rerum qui si unquam in publicum exi-
erit prima operis pars :de his latius tecum ager.Alienis autem exem-
plis quæ ibi multa collegi: duo hic mihi ipsi (quoniam id postulas)
per quietem uisa subiiciam.Alterum læti: Alterum mæsti: sed utrūq;
certissimi euentus: Vtriusq; testes uiuunt qui ex me hæc inter somnū
& somnii exitum audiere. sic enim & tibi satissiet : & dulce mihi fiet
amborum recordari. Amicus mihi primus sub annis fuerat quo
nihil carius ætas illa uel a fortuna uel a natura datum habuit.Hic repē-
te graui pressus egritudine nec medicis suæ:nec mihi mee uitæ spem
reliquerat.quod unum supererat genus solatii lugebam:& per diem ac
noctē lugentē semper mihi supererant lachrime.Nocte quadam usq;
sub aurorā puigil sōnū tristē fatigatī tādē oculis excepti.Imago mox
illius affuit:cuius ad conspectum horrendos edens gemitus socios ex-
ciui:qui (sicut post ex eis didici) ut dormientem me uiderunt:& si gra-
ui aliquo somnio implicitū cogitarent longas tamen uigilias misera-
ti:turbidam me quam nullā quietē suscipere maluerunt:Eger autem
amicus ad me accedere lachrimasq; meas leuiter abstergere uidebatur
& orare ut dolori quem ex falsa causa suscepisse finem facerem:

EPISTOLARVM:

Cūq; ego dictum refellere & multa aduersus fortunā meam dicere pararem interrumpentem querelas meas audire illum uidebar & dicente. tace quicquid dicturus es scio. Sed en adest: qui colloquiū hoc nostrum dirimat. Illi oro te salutis meæ spem restitue. & sic habeto me nequaquam ex hoc morbo peritum esse nisi deseror. hæc inter impulsum cubiculi hostium strepuit. quo sonitu & imago pariter: & sonus euanuit. Respicio & iam albescente aurora: unus ex medicis amicior am: bobus: qui de illo desperat omne studium ad me solandum sanandumq; cōuerterat. ante lectulum meū stabat. aggredior carissimū & indulgentissimū mihi uirum multis obsecrationibus: ut ad amicū meū pergeret. ne uel aliquid desperaret in homine presertim tam iuuenie dum uelle spiritus reliquiae supererent. Ille autem subtristis inanē & importunam sollicitudinem admirari: curandi nō suscitandi scientiam se professum dicere. hoc est medicum esse non deum. Ego cōtra nocturnis adhuc lachrimis madēs: quid corpore sobrio: licet curise brius uiduisse exposui affusus opem rebus afflictis petii. Quid multa? luctantem impuli. uit. & mox reuersus nescio quid spei melioris attulit. Inde certatim qui deseruerat omnes rediere. Sic amicus meus ex ipsa mihi morte restituitur. Et quamquā dulcedine captus in rebus propriis sim longior tamen quod sequitur non silebo. Jacobus de columna hic iunior non nostra tantum ætate uir clarissimus: sed ingenio preditus fuit facile quibus uis seculis in altum euasurus. Huic ego dum uixit satis familiariter carus fui. Verum hanec unam asperitis fortunæ leuitatem experior. perraro supremis me doloribus meis interesse substinxit: de longinquō nocuit: & uulnerasse aures cōtentata pepercit oculis. Multa de illo uiro dici possent. quæ pretereo quoniam & a proposito longe sunt: & de moribus quidem eius: nil tu nouum audire potes qui e cunctis episcopis hunc unum tibi colendum uenerandumq; delegeras. Florenti ætate generosissimi adolescentis eximiam indolem ingeniorum sollertiaffimus agricola de flore fructū cogitans fouisti. Virtutem mox uirilis animi optime cognitā amasti tandem debitos honores: dignitati ac sacerdotio detulisti. Postremo de procursu tantarum rerum & e mediis uitæ laboribus quamuis ad meliora translatum: tamen humanitatis affectu piis lachrimis prosecutus es dignitate patrem: ætate filium: familiaritate germanum. Sed ad rem redeo. perosus ille igitur uitæ mortalis strepitum: uerendum genitorem: & fratres. ac patriam fugerat: seq; presul egregius sedē suā repetens in uasconie recessibus abdiderat. Ilic cum reliqua ubiq; magnifice: tum partem uitæ extremam uelut instantis presagus termini prorsus epaliter: ac deuotissime transegit. Ego autem nō paruo terræ spatio distractus: in cisalpina gallia: & hoc ipso in hortulo. Vnde tibi

hæc scribo dulci tunc ocio fruebar. pertulerat ad me fama quosdam e
gritudinis suæ rumusclos. sed ita ut inter spem & metū fluctuant:cer
tioreſ affidue nūtios expectarem. Horresco nunc etiam memorāſ. Io
cū ipſe ſub oculis eſt enim ubi eum nocte per quietem uidi. Incomita
tus erat: & hunc ipsum horti riuulum transibat. Obuiam ferebar admi
ratiſ: & de multis interrogans. Vnde: quo pergeret. quid tam propere.
quid tam ſolus incederet: Ille nihil ad reliqua. ſed ut erat in ſermone
iocūdissimus ſubridens: meminiſti aiebat olim dum tranſ Garūnā me
cū degeres: ut moleſte tibi: pyreneæ tempeſtates erant: illis ego. nūc fa
tigatus: & irrediturus abiens romā peto. Hæc dicens iā loci extremū fe
ſtinabūdus attigerat. contra ego ut ducerer inſtabam. Ille me ſemel &
iterum manu oppoſita ſuauiter repulſo: tandem alio & oris habitu &
uocis ſono defiſne ait: nolo te nunc comitem. Figo oculos atq; exāgui
pallore mortuū agnoſco: & metu mēſtitiaq; tactu exclamo: ita ut eo
ipſo momento temporis experrectus: accentu ſulti mei clamotis au
dierim. diem ſigno rem omnem & preſentibus amicis narro. & abſe
tibus ſcribo. poſt uicesimū quintum diem nuntius ad me mortis alla
tus eſt: collatis temporibus eo ipſo die quo uita deceſſerat: ſic mihi illū
apparuiſſe comperio. Reliquie eius (quod nec ſciebam: nec ſuſpicabar
quidem) romā anno demū tertio reportate ſunt. Spirituſ enī: ut ſpe
ro: & cupio cælo reddituſ triumphat. Sed iam ſatiſ ſomniatiū eſt: ex
pergiſcamur hoc addito. Neq; quia mihi anxiō: uel dominū: uel ami
cū ſomnuſ obtulit. Meq; quia hic obiit: ille reuixit. Cæterum i utroq;
uel qđ optabā: uel quod horrebam: cernere uifus ſū. & cum uifis meiſ
fortuna coincidit: iſcirco ſomniis fidem habeo: non magis quam Ci
cero ipſe propter unius ſui ſonii fortuitā ueritatē, multorū ambagibus
implicatur. Vale.

Fran: Pet. Iohanni andrea bononiensi. S.P.D: Quid de aduleſcente a
more capto ſentiat: hac epiftola ſcribit.

d E aduleſcente tuo: quid mihi uideatur: & quid ſperē? Amo
re noxio: & (quod peius eſt) turpi atq; omnino malis retibus
captus eſt. Subirafci interdū potefit: uno uero ſæpe cogitur.
Hæc natura amoris: hæc amantium uita ē. Iraſcuntur & liti
gant: & frequens bellū crebra pace concludunt: et uix momēto tépo
ris unus pproſiti tenor manet. Nulla qđ ex oibus uitæ difficultatibus
īcōſtātia: et fluctuatōe uehementior eſt. Itaq; rariſſime letos: ſæpe mæ
ſtos: ſemp uarios: uniformes nūquā uideas. Illū tu modo dliiſ acriter
infenſum ſcribis. Credo. quin aliter eſſe non poſſe certe ſcio. Quis enī

Aduerte a
moris na
turā amāti
umq; uitā

EPISTOLARVM.

tam obstinate miser est: ut non interdum oculos aperiat: miseriaq; suas dum uidet oderit. Sed tecum in eo quod sequitur non sentio. Tu enim spem optimā hinc elicis: posse eum a vinculis resilire. Ego ut ē æta homīs. atq; aius nisi p̄stissimo dei auxilio ītricatū iri magis ma-

Quod in ditiū p̄be-
ant amāti
um ire ex
terētii : Se
nece:&uer
gilii austō
ritate.

gisq; illum reor. Illaqueate uolucris mos est: ut exagitādo se se arctius implicet: melius sperarē: si nō odio amorē ac litigio: sed obliuione ac silentio finiret. Illud sane mentis. hoc lesi amoris inditium est. Timeo illud Terentii in andria: amantium ire amoris integratio est: Timeo illud Senece ad lucilium. Nihil facilius recrudescit quā amor: Timeo Vergilianū illud. improbe amor: quid non mortalia pectora cogis? Timeo quicquid quarto die Cicero de hac re in tusculano suo dispu-

tat. id postremū timeo cunctorum hac in parte concordium philoso-
phorum poetarumq; sententias. Ve & super omnia lenonum: ac meretri-
cum nefariaſ artes: & inenodabiles laqueos pauesco . horreo syrenum
blanditias & uiscum tenacissimē uoluntatis. Importuosam hanc ipsam
horreo quā iſ nunc nauigat caribdim: multorum naufragiis insamē:

Deniq; nihil est: quod rebus sic euntibus: non timeam. Nam quod il-

**Irati amā-
tif uerba
ex terentii
Eunicho.**

le nunc uel atrociter minatur uel iratus secum cogitat. Ego ne illam
quæ illum: quæ me: quæ non. & quæ sequuntur in hanc sententiam
similia. hæc omnia: una me hercle falsa lachrimula (ut Terentius idem
ait) quam oculos terendo misere uix ui expresserit: restinguet: & se ul-
tro accusabit. & dabit ei ultro suppliciū. Magno licet clamore deseui-
at: seq; tumultuose i libertatē afferat. ego si iudex sim secūdū murmur
aniculæ in seruitutem afferentis: uindictias dabo. Cur queso? quia noui
quam sit illud murmur: hoc clamore potentius: quantum ue artes arti-
bus antecellant. Nulla rerum paritas: nulla proportio est. Inde ferrum
hinc lutum. inde ignis: hinc stipula . Inde fingendi celeritas hinc faci-
litas credendi: ide ūci inumerabiles: hinc totidem anse sunt. Nostri oīa
& quāquam ab his te curis ætas abstraxerit: nil tibi tamen ignotum lo-

**Anus uer-
ba ex plau-
ti asinaria.**

quor: parum ne his fidere plautina tibi uidetur anus i asinaria? quæ tu
midum & minacē adolescētem sic alloquitur. Fixus est hic apud nos
animus tuus clavo cupidinis. Remigio ueloq; quantum poteris festi-
na & fuge: quam magis te in altum capeſſis: tū æſtus te in portum refe-
ret. Secura erat ualde mulier uenefica: quæ talibus adolescētum succes-
sibus plenam uitam experiēdo didicerat. Ad hæc ego tibi nunc nihil
adiecerim nisi hoc unum ut cogites: lapsu temporis uere quidem ur-
bes: regna transſerri: uariati habitus: innouari leges: quæ uero natura-
liter sunt: noui mutari & aios hoīum: & animorum morbos, ppe oēs
eosdē eē qui fuerit dū plautus ista fingebat. Quod ab hoc sane crebro
iactari solitū aīs: arſisse se quidem sed amplius non ardere: si id passim
p̄dicat: signum i hoc morbo mortiferū est. Scitus ē nasonif uerſiculus

Qui nimium: multis nō amo: dicit: amar. Nō uerbis sed operibus: cre Ouidii
do. hisq; nō statim: sed si pertinaciter institerit cōtraria uita: maculas, uersus de
uitæ superioris: eluere. Vetus tam egritudinē repēl medicina non adiu iis qui se
uat, quod longo usu didicimus: longa desuetudine dediscendū ē nō amare.
Habes de adolescentे tuo præsagiū meū: qd' utinam falsum fuisse res dicunt.
doceat: & certe potēs ē excelsi dextra: mutatione illa dauitica: dicto citi
us ab uno misericorditer attollere: sed ad rarissimū
& paucissimo & hominū scito esse. Vale.

Fran. P. Iohāni andreæ bononiensi. S.. P. D. quid de libidinoso sene
sentiat ostendit.

Iffimilem prime sed iustiorem satyræ materiam affers: luxu
d riōsum ac lasciuū senē (ut enim declamator ille ait) Adole
scens luxuriosus peccat. senex luxuriosus insanit. Ac profe
cto sic est (ut ait Plautus) deliramus interdum senes: Immo
uero nō interdum: sed s̄epissimæ. hoc illa iam tunc ætate ceptum erat
Nunc aut̄ reptamus infantes. ludimus pueri: adolescētes insanimus:
Cōflictamur uiri: deliramus senes. Ita nullā uitæ pārtem perdimus. sed
omne euū uariis quidē errorum gradibus: immo stultitiae tenore tra
ducimus. Nescio quid dicam: nisi tātis in tenebris: aliquid æthereæ lu
cis affulxerit. parū absum ab antiquorū sententia: ut nō nasci optimū
fuerit. proximū quā primū mori. Omnia tamen huiuscemodi senū
excusatio una est. imbecillitas ætatis solatio egentis: & iam usu publico
permissa licentia. Sic in asinaria petulantissimū senē suū idem plautus
excusat his uerbis. hic senex: si quid clā uxore suo animo fecit uolupta
tis: neq; nouum: nq; mirum fecit: nec secus quam alii solent. Nec quisq;
est tam ingenio duro: nec tam firmo pectore: quin ubi quicquā occa
sionis sit sibi faciat bene. hæc ille dixit. hæc omnes dicimus: siue adole
scentes: quibus luxuriari gloria est: siue uiri quibus consuetudo est: si
ue senes quibus iam ueniale peccatū est. Quē tu inuenies senē: qui si
qua facultas affuerit: teste submoto: nō statim oblitus uirium iuuenili
ter ruat inuenem? ipse sibi blandiens: quasi quicquid delectat aut
mulcet: & profit & deceat: & quasi senectutis unicum solamen sit lu
xuria. quæ potius senectutis opprobrium: ac ruina est. Tu uero senem
nostrum ora: ut inducat in animum attendere: quid agat: quo progre
diatur: quamq; aduerso tempore: quam indecora: quamq; ambigua
& itempeſtiua uenus sua sit. pudor forsitan ac metus efficient: quod ra
tio iam pridem: ac satietas d'buiffent. Sin pergit. Vnum hoc illi meis
uerbis dicio breui uel inuitus desinet. Siquidem iuuenilis luxuria se
et amob linq' etiob St. mīlēt mīnpo nī mōm' mīnādīlōr l2

EPISTOLARVM

nectuti proxima.senilis autem sepulchro contigua est. Vale.

Fran Pet. Barbato sulmonensi. S.P.D. quod in hostium infidias apud Regium parmensium inimicam ciuitatem deuenerit illi his litteris aperit.

T more nostro fortunas laboresq; meos tecu partiar est animus: Ad parma bellu constitit ut nosti. Circuistimus & magnis non ligurie tantu: sed prope totius italae motibus intra unius urbis ambitu coarctamus: non quod animus nostris ad pugnam desit (quod sepius aiosa eruptione testati sunt) sed ea hostis astutia est: ut nec pacis: nec prelii uiam pandat. durando uincere & debilitare animos lente obsidionis tedio confidit. Itaq; iam saepe uariante fortuna: idem ipse qui obsidebat obsefus est: nec dum certus est exitus. Ceteru summis utrinq; viribus res agitur: & (nisi fallor augurio) summus fatorum dies accelerat. Nutat animus: ac neutrā i partem totus inclinat: ex quo declinare studens: & inanē spem: & superuacuum pauore. In hoc statu nō iam paucorum nos diez fed multo mensu premit obsidio inter calamitates bellicas haud ultima. His ita se habentibus subiit nuper desiderium libertatis: quā omnibus uotis exposcere: oī studio amplecti: postremū quā terra mariq; fugientem sequi soleo. Subierat iā ante cupiditas transalpini heliconis: quo niā italus helicon bellis ardebat. Ita ergo hic odio hinc desiderio agebar. sed quid agerē? quæ ea ducit ad occasum uia prorsus inaccessibilis facta erat. Vertor ad orientem: & si enim oīa hostiū plena essent tutior tamē breuis transitus. quam ille ingēs per etruī circuitus uisus est. Quid multa? Inter hostiū stationes: cū paucis egressus. septimo Kalē das Martias abeunte sole carpo iter. Cum prope regiū inimicā urbē sub nocte media peruenisse: repete latronū manus ex infidiis erūpit magno morte clamore denūtians. Non erat cōsilii facultas: tempus: locus: & circuifusus hostis suspectissima oīa faciebat. pauci inermes: improuidi quid aduersus plures armatos: & ad scelus instructos facerē? Vna in fuga atq; in tenebris spes erat. Diffugiunt comites & nocte teguntur opaca. ego etiam fateor: me ipsum morti: & circuonātibus telleripui. dumq; iam omne discriminē euafisse crederē. quid oro te: usquā tutū homini est? seu fosse seu truci forte seu saxi obice nihil enī prorsus cernere sinebat: illius nubilose: cecaeq; noctis obscuritas. Equus ipse fidissimus uestor meus: cernuus ad terrā ruit: tanto impetu: ut confraetus ac pene examinatus sim. colligo tamen in extremis animum: & aſsurgo: quiq; multis iam diebus interiectis: ad os manū referre nōdum ualeo: tunc subleuante metu in equum resilui. E sociis pars domū re-

diit.ps uago errore circūmacta īceptū nō deseruit. duo uiagē duces cæ
li ac terrarum inditiis amissis fessi ac trepidi inter auia subsistere coege
rūt.Vndē ne qd terrificū deesset inimicō & uigilū uoces uiciniſ nescio
qbus ex menib⁹ audiebātur Ad hāc & seuā grādine mixtuſ ib⁹ acces
serat: & inter crebra tonitrua famosioris assiduus timor mortis.lōga
erit historia si ea per singula .Illam ergo uere tartareā noctē sub diuo
atq; humi iacētes egimus:cū interea magis:magisq; lesi brachii tumor
ac dolor ingrauesceret.Nō herbosus cespes ad somnū:nō frondose ra
mus arboris aut caue rupis fornix:sed nuda tellus:aer turbidus: & ira
tus iupiter hoīum simul ac seragē metus.atq; inter tot aspera corporis in
ualidum .Vnū quod miraberis forsitan:& misereberis solatii genus in
tantis difficultatibus fuit.equis medio calle transuersis:pro tentorio
usi sumus.& illo& terga procellis obiecimus:qui paulo ante frement
tes:ac rapidi:mox taciti:& imobiles:nō sine quodā quasi miserie suā
sensu geminū nocte illa nobis obsequiū prebuerunt.Sic ad aurorā
laborando ac trepidando:peruenimus.Vbi primū semitā iter uepres
uicine lucis:dubius fulgor ostendit.prepropere suspecta loca reliqui
mus:& amici oppidi Scandianū uocant:menibus excepti didicimus
nocte tota magnam equitum ac peditum cateruam circa muros:ut
nos exciperent in insidiis latuisse:pauloq; ante nostrū aduentum pul
sam tēpestatibus abiisse.I nunc:& negare aude magnū aliquid esse for
tunā:quae & consilia in pernitie:& errorēs in salutem uertere potens
est.Ludo tecum Barbate carissime.De fortuna enim iudicium meum
tenes:formidabile nomem est .Vtcunq; se ref habeat:profuit error
uiæ:profuit procella:peiora malis euasimus.Illuc ergo cum iam illu
xisset: celatum casum meum non sine multis comitum lachrimis
aperio:& quoniam ne ibi quidem tuta widebatur mora alligatus pro
tempore montano calle mutinam inde luce proxima Bononiam
ueni.hic tibi preter solitū alienis digitis ista perscribo:ne aut meo:aut
retum statui fides desit.Circa curam corporis sit quantum humano ī
genio fieri potest.spes est potius certa quam uelox.Estatim opem me
dici:ego dei omnipotentis auxilium expecto:Interim torpens mihi
dextra nō obsequitur:animus fit promptior in aduersis.Vale.

Fran:Pet.Andreae mātuano.S.P.D.Detractorum uerba cōtēnēda
esse:eorum precipue qui post mortem in aliquem inuehuntur.

Ix unquā aliter iustior mihi querelarum causa.uix uberior
defēsiōis materia oblata ē.In triuīs laceror.qd agā austor
tāgit iūrie.Fama mea ab infamibus carpitur.cōtemnendus

PISTOLARVM

obtrectator. Caeterū eo molestior: quo uilior: dissimulare difficile. sed decoꝝ silētiū iuste querimonie præferendum. linguas acuant: uerba non metuo. Si scripto egerint: sentiēt & me calamū habere. uiuus ego uiuorū subruā calūrias. At si quid forte post bustū minitantur: audio enim eos assidue parturire: nescio quidem an ridiculum murē: an elephantem indicū parturos. quod ipsum si consulto inquam in id tempus trahunt: quo amplius hic non ero: timide agunt: minimeq; insidi as struunt. Quorum consiliis quid aliud dicam: nisi planci illud in Asi niū pollionē: cuius in principio naturalis hystorie Plinius secūdus me minit. Cum mortuis larvas solere luctari. Proinde si quid habent: proferant in medium: dum adest: qui respōdeat. Videbis cōuitiis attritū nomen splēdescere: Clariorem fecit eschines demosthenē Catonem Galba. Salustius Ciceronē. Emilianus apuleū. Alioquin īglorium belli genus eligunt: in absentem loqui: & mutis decertare cineribus quāuis (ut est ætas) impudenter id ipsum sperent. Vale:

Franciscus Petracha Andreꝝ Mantuano. S.P.D. De eadem re sermo habetur.

Eō ille: siue mavis Bion iurgium querit. Agnosco sibilum: Aspis in proximo est. Indigner an mirer: si mihi nō parcat: q; nec ipsi pepercerit homero? puto extimet ut quae sibi: ea dem mihi uoluptas sit. longe uero fallitur. Nil mihi gratius silentio: post illud: nil colloquio dulcius amici. Sin pergit: effugiam. Si ne id dabitur. Quid sim acturus interrogas? silebo. Si ne id quidē? loquar. Quantū sane? Nihil breuius. Et quid dicā? Cōminabor i primis id cōuitii genus: quod nunquā audierit. turbabitur. Congelascet. Et forsitan (ut fit): multa sibi cōscius tacebit. atq; hic iurgio finis erit. Si qui dem nihil magis maledici linguam frenat: quā mordacioris alterius linguae metus. Sine hic tamen definet. Culicem hunc quibus armis excutiam? Vl̄ciscat aniliter. & quod anus anui dixisse traditur. dicam sibi. o Vir maxime: omniumq; modestissime o uirtutum hospes o deus ac spes patriæ. Certe nunquā tale aliquid audiūsti. Quid nunc aīs: an nō satis pmissū iplesse uisus ero? aut ego fallor: aut & si callosas cōuitiis aures habet. hoc unum haftenus non audiuit: nō ex ore amātis: non arrisoris: non derisoris: non adulatoris quantumlibet impudentis: sic ut reor insuetum stilum ille mirabitur. tu ridebis. ego interim euasero. Vale.

Franciscus Pet socrati suo. S.P.D. Moram semper aliquid periculi habere: dilationemq; propellendam esse ostendit.

Bsecro:obtestorq; te meq; ipsum simul obsecro: si quis apud
utrumq; nostrum præcibus meis est locus.ut si tu nondū pec
toris tui curas composuisti.(Ego enim inquietudinis meæ:
mihi sum conscius)propellamus iam tandem cūcta quibus
angimur:& adhuc fluctuantē aiorum nostrorum statum aliquando cō
pescamus .nec nos pigéat:quod multum distulimus uel sero aggredi.
Neq; enim uiatori:quāquā uel sōno grauis:uel uino obrutus:uel tedio
fatigatus:tarde surrexerit:suadebis:ut uiso sole in cubiculū reuertatur
sōnum tracturus ad uesperam.Multo satius eē monstrabis:accelerare:
gressum ingeminare.& i id init ut quod sopor eripuit reddat industria
Et nos(si recolis)uiatores sumus.& immēsum nobis supereft iter.& ho
ra iam tarda est:nostrum enim mane dormiuimus.quo uigilantius ex
urgendum est.Ne cunctantes forte nos opprimat.plura res exigit:tem
pus autē pauciora. & certe intelligēti:uolentiq; satis est dictū .Vale.

Fran.Pet.Socrati suo,S.P.D.seruorum malignitatem detestatur:ex
plauti comedii sumpta occasiōe .

Vper dum fugiēdi fastidii & relexandi animi gratia :lepidif
simas fabellas apud plautum legerem: curisq; mordacibus
tantillum téporis uetustissimi uatis auxilio cor furarer:mis
dictu quot ibi elegātes nugas inuenerim.quas seruiles fal
lacias:quas aniles ineptias:quas meretricum blanditias:quam lenonis
auaritiā:quam parasiti uoraginem:quam senum sollicitudinem:quos
adolescentium amores.Iam minus Terentiu nostrum miror:qui ad il
lam elegantiam tali usus est duce.Sed de ceteris suo tempore.Nam &
copiosa :& ocio affluentibus:si unquam id nobis forte contigerit:pa
mena res est .Nunc unū qd' hodierno die tempestive admodum se ob
tulit interseram.Est illius comedia:cui nomē est casina .ibi uir & uxor
de nuptiis ancillule discordat.bellū domesticū:& plus quā ciuile dixe
ris .Ita intra cōiunctissimos disiuncta sunt omnia.prorsus nihil cōuenit.
pater familias propriis:mater filii studet amotibus.Servi duo compe
titores pertinacissimi:certatim ad puellæ cōubium aspirant .hic a pa
tre subornatus:hic a matre.Herilis ergo concupiscentiæ minister:ut in
cepto absisteret præcant domine inexorablem se præbens:a domino
qui forte supræma uerba contentionis acceperat:iterogatur quo cum
litiget.Cum eadem iquit qua tu semper.Cum uxore igitur mea respō
det senex:quasi circūlocutione rem intelligens .Enimuero adhæc ser
uus neq; seruiliter neq; illepide respondet.quod dum hodie legerem:
mihi quodammodo dictum credidi.Quā tu mihi uxorem inquit?qua
si uenator tu quidem es.dies atq; noctes:cum cane etatem exigis.Hæc

Omnia in
ter cōiunct
tissimos es
se disiuncta

PISTOLARVM

 sauēte: & senectutis adhuc unicū exēplū: humile qdē ac recēs: sed hone-
 strū & cui mihi dulcis: ac uenerāda recordatio ē: tot glorioſor̄ senū il-
 lustribus exēplis adiiciā. nūq; id si apud aliū loq; rer ausurus. Fuit mihi
 pauis paternus: Vir sāctissimus & igēio: quātū sine cultura litteraꝝ si-
 eri potuit clarissimo usq; adeo: ut eū nō tātū d re familiari: d negocio
 d cōtractu: de nato & nuptiis: uicini: aut de re. p. magistratus: qd de Ap-
 pio ceco: traditū accepiimus: sed d rebus ēt altissimis. & ad philosophi-
 am spectatibus litterati hoīes: pſētes absētesq; cōsulerēt: oēs q; i illius
 respōsis & egatatem iudicii & acumē i genii mirarētur. Viro nomē fuit

EPISTOLARVM:

Garcius: his modis eaq; pietate predito: ut ad consecrandam uiri memoriā nihil ei preter promotoris auxilium defuerit. Nuper me iam adolescentiam egresso: multi supererant de illo mirabilia narrantes: quæ sponte pretereo: hoe ipsum non dicturus: nisi ne fastidires exemplum. Is ergo post innocue: ac feliciter actā uitam (ut audiebam senes nostros dicere) quarto ac centesimo aetatis anno: ipso etiam ut plato natalis sui die. sed trium & uiginti annorum spatio uiuacior quā plato: & preterea eodem in thalamo in quo natus fuerat: longe ante prædicta multis transitus sui hora: in gremio filiorum ac nepotum: nulla corporis aut animi molestia: nil nisi de deo: & de uirtutibus loquēs interloquendum quodammodo consopitus est. quod ex eius ore sonuit extreūm illud dauticum fuisse ferunt. in pace i id ipsū dormiā & requiescam. Quibus uix uerbis explicitis quiescens obdormuit in pace. Gratias tibi pater amantissime quod me hactenus passus es pro aui mei memoriam repetere: & nomen eius his ad te litterulis occulere. quod ne scio an ulquam dignius quam inter egregios senes collocandum esset. Sed quid ago? breuis consolatio in longam historiā uersa est. Dabis autem ueniam si scias quanta cum delectatione uersatus sum cum his optimis atq; lectissimis senibus quibus te iam nunc meq; non multo post ascriptos cupio: & si cæteris in rebus impares: at equanimitate & patientia saltē pares. Ne enim me propositi prorsus oblitum putes. Quis egre ferat se senem fieri dum tales uiros senes factos esse meminerit: immo uero quis non magno cum gaudio: participet sortem beatissimorum hominum & alaci animo comunem sibi cum talibus excipiat senectutem? Quis enim horum seu quis omnino hominum diu uixit: & non senuit? cuius longam uitam legimus non in senium desinentem? At nos uoto contrario: lecumq; pugnante: diu imo semper uiuere cupimus nunquā senescere. Nunquam intire. Scio autem quid responsurus es horum te omnium non ignarum. Illud dolere quod ante tempus senueris. communis omnium senescentium querela. Et Numa Pöpilius cuius supra mentionem sei prima aetate canus fuit & uergilius poeta. Tota aetas nostra his lamentis abundat. Ego ipse non tam queri soleo quam mirati: quod canos aliquot ante uigesimum quintum annum habui cum illud nō ex cederit: qd' genitor quondam meus in reliquis neq; me senior. neq; malidior quia post quinquagesimum aetatis suæ annum consulto speculo supra uerticem sibi unum forte capillum ambigua canitis albescentem uiderat. plenus stuporis & querelarum totam non modo familiam sed uiciniam excitauit. Hoc est quod æuum nostrum dolet. Hoc quod iuentus nostra conqueritur: multum breui tempore uari-

asse: iuuendi senescendiq; modum.e quibus forte secundum fatear.
primum negem.Senescunt solito citius:nec id forsan usq; quaq; ue-
rū est.sed qd incunctanter affirmem solito citius canescunt.Siue id la-
tens causa:sive curarum multitudo efficit,profecto enim nostri ma-
iores melioribus:nos pluribus curis inquolumur.Nihil est autem qd
magis precipitet iuuente florem quam curarum anxietas:& labor ani-
mi.Cæterum uitæ modus nisi eum casus aut culpa prosecuerit: idem
prope modum permanet: qui psalmografo prescriptus est carmine.
Sed quoniam tua me religiosa modestia certum facit:non te canos
conqueri quos potius amplecti.& si intempestiui essent: ac gaudere
non dubito si quod stiliconi suo claudianus attribuit.Vultus factu-
ra uerendos: canities festina uenit:uerum alia quedam senectutis in
commoda lamentari:quæ plura apud alios:apud tullium sunt quat-
tuor.Imminutio uirium:auocatio a rebus gerendis:ademptio uolup-
tatum.mortisq; uicinitas:multa quidem hoc loco in tuam consolati-
onem dici possent.sed rem a tullio ex intentione tractatam restricare
temeritas. habes eius de senectute librum:qui inscribitur cato maior:
quo lecto nihil erit quod requiras amplius(ut reor) nihilq;:quod nō
modo molestam: sed non plane gratissimam senectutem faciat tibi:

Quattuor
ē quæ tri-
stem sene-
cta reddat

Nam quantum ad celeritatem anticipatumq; tempus attinet:hoc
unum dixerim: Sicut enim ubiq; mors occurrit.senectus est no-
stra(quod doctissimi uiris placet)sic ubi uis debilitas corporis affu-
erit senectus nostra est.Nam ut uitæ terminus est mors.sic floridæ ua-
lidæq; iuuente terminus est quandocuq; incidens mansura debilitas:
Siue igitur totius:sive robustioris uitæ finis: dici senectus debet:qua
libet ætatis parte se offerat: datum tempus impletimus & legitima
est senectus: De paupertate quid putas dicam? quis non est paup
nisi qui nihil cupit? hi qui ditissimi uidentur:eo caeteris pauperiores
sunt quo pluribus egent:cum necessariis egere ea demum sit pauper
tas.Atisti procul a uero falsis opinionibus acti sibi necessaria fecerūt
quæ apud minus insanos uoluptuosa quidem: apud sanos uero su-
peruacua. postremo autem apud doctos damnoſa etiam:atq; omni
studio fugienda sunt. Vere itaq; sunt omnium pauperrimi:iinnumerabili-
lum egeni:& uel assecutione rerum optatarum accidentes indi-
gentiam:uel expectatione torquentes. Nec sum nescius:quid ad ista
respondeant.Contempni paupertatem aliquanto difficultius re quam
uerbo. Non obliutor.dura res est fateor.sed dii boni quam tuta:qua
secura:quam expedita:quam libera:quam deniq; si amare illam in ani-
mum quuximus iocunda .Sed desinamus paupertatem laudare .&
amare diuitias. & re uera quotus hominum inuenitur:qui cum pau-

Quis iure
dici possit
pauper.

EPISTOLARVM:

ptatem ualde laudauerit: laudatam tota intentione non fugiat? Vista
 erit:& in æternum ab animis hominum relegata: uel potius extincta
 cupiditas: si quot laudatores habet paupertas totidem habeat amato-
 res. Hæbabit autem multo plures si inotescere cooperit quid boni ha-
 beat: quid qui etis ac foelicitatis adducat. Haec tamen: ut ætate lu-
 cani erat munus dei est: nondum mortalibus intellectum nisi admo-
 dum ratis. In quibus sunt exempla illa clarissima. Valerius: Cincina-
 tus: Curius: Fabritius: Regulus: non diutius quam dum legitur: audi-
 untur ue & tunc quoq; nō nisi superficietenuis: animos cecos auari-
 tia: & cupiditate tangentia. Sed multo maxime sacratissimi senes no-
 stri qui circuierunt orbem terrarum. ueritatem ingerendo pectoribus
 hominum in fame & nuditate lætissimi: uictisq; & calcatis necessitatib-
 us triumphantes. quorum nudis pedibus: non erat tellus digna cal-
 cari. Aude te ipsū talibus exemplis inserere. Aude hospes contemne-
 re opes. Non fortuito neq; indeliberare. Aude inquā. plures ad con-
 temptum uitæ: & ad effundendum proprium sanguinem: proicien-
 dasq; animas quam ad contemnendas diuitias suere magnanimi. Au-
 de igitur: & tu hospes qui non habes hic mansurā stationem: depone-
 re sarcinam libertatis amatoribus importunam: tanto tutior ad pa-
 triam peruenturus: quanto expeditior incesseris. Aude inquam con-
 temnere opes: & quod sequitur te quoq; dignum finge deo. Quis enī
 dubitet opes potentiamq; contemnere: dum meminerit (ut fileam cæ-
 teros) xp̄i sacram atq; humilem paupertatem: præcipue si huic cogita-
 tio illa succreuerit: quantum calamitatum: quantū ue discriminum
 iste omnibus uotis exoptate expetitæque diuitiæ secum ferant? certe
 Salomon is qui apud hebreos sapiens habetur: ut Licurgus apud lace-
 demonios. Solō apd Athenienses: Cato uel Lælius apud nostros: nō
 diuitias neque paupertatem optat adeo superbiendi scilicet desperā-
 dique materiam. Quid ergo? tātu uictu tribue inquit necessaria. Quē
 securus apostolus habentes uictum inquit: & quibus tegamur: his con-
 tenti simus. At nos non modo diuitias optamus: sed in his ipsis nihil
 magis appetimus quā qd nocet luxū scilicet: & excessū. Quid enī oro-
 te. Quid ē i auaritia qd delectet? nēpē nil aliud q. q̄redi labor: quā ser-
 uādi pauor nil: iquā aliud quā timere ruinās: icēdia: rapinas: domesti-
 cos & extermos sues: ad extremū mures ac tineas: eē sēp occupato aio
 ac mesto: oēs curas ipsūque cor uiuentis in auro sepelire: cum sit scri-
 ptum. Vbi thesaurus tuus: ibi cor tuum: Vere ergo misera est magni-
 custodia census. Sed hæc nobis accidentū nescientibus (ut ait Flaccus)
 Quid ualeat nummus quem prebeat usum. Sic affectis si honestus di-
 uitiae modis accesserit paupertas dura uidebitur. Sunt sine ulla diffi-
 cultate fortunæ: illi duo diuitiarum gradus a seneca descripti: habere

quod necesse est: habere quod sat est. Accedat & tertius: quod abunde est & quartus accrescat: quod multum ē: nihil actum putabitur. donec ad id anhelando: & esuando peruenierimus: quod nimium est. Ita ni si nocere ceperint: nisi causas miseriarum & labore: & forsitan festinatae mortis attulerint: diuitiae non erunt. Sed quid rursus ago qui tibi aduersus paupertatem arma conuiro? quecumque de hac re non tantum dici sed cogitari possunt nota sunt tibi. Vnum erat in animo preter uulgata hæc quod tibi non subtraham. equidem ut euacuatio pregrauato corpori sic tibi necessaria est paupertas. Tergiuersentur licet (ut audio) quidam ex uestris & cauilletur paupertatem tanzen; uel ex presso: uel tacite nouisti: bene habet: tu illa fugiebas: illa te sequitur: Iā quæ attigit arripuitque uotis optanda necessitas: quæ te cogat implere quod debeas. Xpi seruus es. scis quid illi conuenieris: sile: patientia habe: non te possum equis auribus audire: perinde mihi paupertatem defles quasi nescias nudū te intrasse in hanc uitam: nudum egressus: & quasi non paupertatem xpi: sed cresci diuitias sis pfectus. Crede mihi pater paupertas saepe multis utilis ad salutem fuit. Nulli unquam inutilis: nisi his qui eam impatientia & lamentis exasperant. Tibi qui dem adeo non tantum utilis: sed necessaria & salutaris est: Ut sine illa neque saluus esse. Neque creatori tuo potueris pacta seiuare. Hæc in prelens de honesta & sobria paupertate perfirinxeris. Illa enim impotuna & sordida: quæ turpis egestas apud poetam dicitur deo gratias te non tangit: ad quam leniēdā maioris eloquentiae uiribus opus eēt. Iā hinc ad podagræ remedia ueniēdum est. O si quis eo morbo tētus in hanc epistolæ partem forte oculos coniecerit: quā putas spē concipiēt somēti cuiuspiā: aut pulueris: aut lenitiū cuiuscumq; cōsiliī: d'sinat ex me talia spare. Volo labori suo parcere si ex his litteris hoc spatulatus nō legat: huius enī generis remēdia: medicorū eruditiores magna ex parte despant. Reliquos si consulas nihil hoī diuiti desperādū nihil iopi spādū dicēt: cū tamē sēpius diuitū domos hæc pestis ī habitet. Si hos igitur audire uolueris pstabūt tibi ut iter agustias psetiū dolorum: & futuræ sanitatis spē semp̄ ligatus ulules: semp̄ oleo tristitiae unctus: atq; unguētis madidus ingemiscas. Ego uero te siccū solutū quæ ac libe: dolere malueri. dieta exercitio laboribus: aduersus nō uū hostē solidare corpusculū: ac ī re nihil a medicis spare ppter uerba si qd aduersus podagrā auxilii ē totū a paupertate: uel si id frustra sit ab aī moderatōe postcēdū. podagre medicina optia paupertas ē seu illā necessitas: seu uolūtas attulerit. Ultimā hāc frugalitatē uocat: quam definiunt uoluntariām paupertatem. De his autem alia ad te olim epistola satis dixisse uideor: quando nondum ad me nisi podagræ solius fa

Podagrī
morbī re-
media.

EPISTOLARVM.

ma permenerat si unum quod tunc me latebat illis addidero. Credere
me diuinitus permisum: ut podagræ paupertas accefferit: ut sicut
ex quibusdam uehenosis animantibus sit remedium ueheni. & sicut
apes ex quibusdam herbis amarioribus dulcissima mella cōficiunt:
ita tu malis tuis: nō aliunde quam ex tuis malis possis conflare reme-
dia. Et de paupertate quidem remedioq; quod illa secum habet hacte-

Nulla g̃es
ciues no-
stros pati-
entia supe-
rauit

nus. De animi autem moderatione patientiaq; longior sermo ē
auctoritatibus rationib; & exemplis instructus .hic occurrit Marius
hic Marcus attilius .hic integre romanæ legiones. Nulla enim gens
in hac gloria par est.hic ex alio genere hominū possidonius Anaxar-
cus.& quo uilius:eo n̄isi fallor:efficacius exemplū . Seruus afer ultior
domini a tito liuio relatus:qui tormētis laceratus non modo non in
gemuit:sed superante letitia dolores:speciem quoq; prebuit ridentis.
Innumerabilia sunt id genus:e quibus nō modo epistolam impleas:
sed librum . Verumtamen ut dixi:post Ciceronem:uerecundū: mode-
stumq; silentium uidetur.Est secundus illius inter tusculanas disputa-
tiones liber: quē s̄æpe salubrem in meis doloribus expertus: aliquot
insignes uiros:audiui de libri illius efficacia similia memorantes.Il-
lum tibi familiarē facias uelim: illum in manibus habeas:quotiēs no-
tis indiciis: aduentare podagricum senseris dolorem . quanquam
est alia multo dulcior multoq; suauior & doctō:ac religioso uiro di-
gnior medicina: in omnibus laboribus: ac doloribus nostris:quibus
carere nequit uita mortalis:meminisse laboꝝ ac dolōꝝ:quos p nobis
xps ptulit:meminisse uulnerum:quibus uulnera nostra sanata nosq;
pericolo sempiternæ mortis crepti sumus meminisse clauoꝝ: ac lan-
ceæ pretiosissimique sanguinis quo lauacro sordibus ablutis recreati
& clementer admoniti sumus temporales alto animo calcare mole-
stias:nihilq; n̄isi æternæ damnationis: & penaꝝ imortaliū supplicia
formidare.Illud insup meminisse profuerit nō modo xpm cui ppter
deitatē suā ppter icōparabilē gloriā inaccessibilēq; potētiā: oia pro-
na erat atq; facilia sed cādidatū quoq; quē uocat martyꝝ exercitū:
multosq; ut nos sumus mortales hoies:&(qd miraculi clarioris est)
nō modo uiros fortes:sed s̄æpe etiā mulierculas ac puellas diuinō spi-
ritu afflatas illa pertulisse.in quoꝝ cōparatōnē quicquid pateris quies
atq; solatiū dici possit.Trita.hac: & tibi i primis professionis tuæ dibi
to notissima ideoque diutius nō isisto ad secretiora festinās . Est reme-
dii genus quod tu forte non cogitas quod cum legenti mihi littetas
tuas subito occurrisset:risū mouit(ut dixi) Nolo autē iridigneris me
quod in meis s̄æpe soleo in tuis malis etiā iocari.Nou in doloribus
tantum sed in morte iocari solitos Viros fortes doctosque com-

pimus. Testes sūt Vespasianus p̄iceps & Socrates philosophus. pate-
re me in pedū tuoꝝ doloribus idē facere: quāquā nō merus sed uerit-
ate conditus iocus est meus. Quid enim putas? recense pater ab ado-
lescētia cursus tuos: & aīum stare nesciū. Videbis ut frenū equo indo-
mito: sic tibi necessariā podagrā. Esset necessaria forsitan & mihi ut iam
tandē stare loco discerē: ac mecum habitare. Tibi tamē pculdubio: atē
oēs quos ego noueri necessaria ē. Isses extra nostrae habitabilis zonae
terminos: transisses oceanū: adisses antipodas: nullū tibi discurrendi
finē qua polles in reliquis ratio fecisset. Quid multa? non alio quam
podagræ auxilio sisti quibas. Illa tibi frēnū stringit iubetq̄ consiste-
re. Quid ais? Parebis uelis nolis? Noli autem iniuriā arbitrari. Nihil
cuiquā tempestiuīus accidit. Nihil unquam oportunius. Fluitantem
carinā magister puppis fune: uel anchoris regit: & tibi prope terrā un-
de primū in altū es euectus anchora iacta est: permisit tibi tua fors ua-
gam: ac laboriosam iuuentutē. Nec senectuti datus ferias uideba-
ris. Podagræ beneficio quiescet. Vagum & in stabile iumentum cau-
tus pastor alligat: ubi discursu uetito quiescendi pascendiq̄ fit facul-
tas. Agnosce pastoris tui prouidentiam. Nō te in perfide: non in ara-
bia: uel ægipto: ubi uelut in suburbano uagabaris tuo: sed in pa-
triam integrō membroꝝ obsequio reuersum: post peregrinationes i-
numerās & (si te noui) nūquā tuo iudicio d̄sūturas uberrimis & amēis
simis alligauit in pascuis. Ad cumulū enī gratiæ cœlestis accedit qđ
nō te Romæ clausit: ubi & ppriis & familiae tuae titulis es clarior quā
quieti tuae expedit. Sed nec procul: & extra prospectū dilectæ urbis a-
mouit. Quid ergo? Tibur tuo senili ocio deputatum est: prouisumq̄
ne fugias. doles: & non potius deo gratias agis: qui te tot terrestribus
maritimisq̄ periculis: totq̄ tam longis anfractibus ereptum hac de-
mum uoluit consistere terra (ut ait Maro) Vbi scilicet animæ simul &
corporis alimenta non desint. libri tui fēmōr tuus: ingenium tuū &
purissimi aeris: & nitidissimarum species aquarum & pulcherrimæ tel-
luris amoenitas tetricum licet & agrestem animum mulcere que-
ant: ubi semper assit patriæ p̄adulcis aspectus: amicorum modera-
ta propinquitas: submotis tediis: absente fastidio: quæ tibi uel in mē-
sæ urbis strepitus uel iugis fortasse tot notorum conuersatio peperis-
set. Fruere bonis tuis gratañter: equanimiter: pacifice: melius tibi acci-
dit quam putabas: commodiorem toto orbe locum nequiuisse elige-
re: quam quem tua tibi fors obtulit. Sed instabis: & cur non inquies
sine hac corporis iuria? lubes respondere quod sentio. animus tuus
uinclis egebat. Id non ad infamiam: sed in partem laudis accipias pre-
cor. quo enim fertilior est ager: eo pluribus abundat compescendis:

178 EPISTOLARVM:

extirpandisq; ut seges utilior coalescat. & s̄epe quo generosior: atq; ualidior: eo ferocior est equus: & tenacioribus uincis egens: essemus nūc (ut augurior) in aliquo mundi angulo. iam nilum: iam indum aut tanaim transnatares. iam Ripheos montes aut hericini saltus dumeta transcenderes: uagus semper & profugus super terram. Occurrit pietas illius qui solus morbos nostros: & morborum nostrorum medicamenta cognoscit: Non iccirco minus utilia: quoniam amaria sunt. Illa magis ingenua uideri potest & humanitate tua dignior quærela quod presentia atq; conuictum meū ualde suauiter requiri. & in quo unice tibi complacebas (ut dicas) tum cum maxime delectaret ablatum luges. Enim uero nihil negotii est hic. Si es amicus: imo uero si pater (neq; enim alium te pietate eximia: & paternis semper affectibus comprobasti) Nullus tibi me locus: nullum tēpus eripiet. Pone me in supremo Atlantis meduseis lumībus durato: uertice: te i rupe Caucasea ubi uinctus prometheus de ioue conqueritur simul sedebimus: simul ambulabimus: simul cenabimus: simul fabulabimur: simul seria tractabimus. Nihil unquam interueniet qd uici nos cernere: & audire prohibeat. Volueret est amor: nō terras tantum sed cælum transit: & maria: nec podagram nouit ille nec compedes: Amore ne liberrimus est: & fortuna licet obluctante ubi uoluerit presens. Mortis qd ratis? Mortis quoq; nescit imperium: & quod illa uidetur abstulisse complectitur. Itaq; uersos in cinerem: apud illum integros inuenies & natum octauia: uirum arthemisia: amicum laelius inuita morte & effractis (ut ita dixerim) tumulis uiuos habent ac presentes. Habe igi tur me: nam & ego te habeo: nulla mihi sine te dies agitur: nulla'nox nullum iter: nulla confessio: ubiq; tecum sum. Qui si forte (quoniam negare non possum) dulce quiddam & iocundum in se habere presentiam amicorum: modo illud mihi non negetur s̄epe dulciorem esse memoriam: & quod nollem: s̄epe delicatam esse presentiam. Si ergo ad solatum uitæ tam tibi utilem presentiam meam putas duplex ad id uia est. Nam & ego supra spem tuam ad tæ uenire: tuuq; & horatii uatis æstiuum habitaculum uidere. quantumq; desiderio tuo sufficiat manere non tenuo. Et tu si ad me uidendum uenire malles (humanus enim animus his dulcius frui solet quæ laboriosius quesivit) monstrabo tibi uiam in qua nec pedum uitio tarderis nec terram cogaris plantis attingere. Inter seruorum manus ad animenem Tiburtina mænia prelabentem perges. Ibi nauiculae impositus pro uno alueo descendes donec ad dexterā tibris occurrerit. Inde iam latiori amne per ipsius urbis romæ mænia ad mare peruenies. Inde etiam dextrorum sed fortiori alno creditus: thirreni sinus

equoris obibis: donec longe relicta massilia rursus ad dexteram ratiōne fluminea rhodani ostio subuehare. Qua uetus arelas palustribus uadis & lapidosa planitiae: mox in rupe horrida tūstis sedet auēnio olim nunc pontifex maximus romanus propriis sedibus desertis obstante(ut arbitror) natura caput orbis efficere nititur. & laterani im memor & siluestri: Inde semper aduerso flumine tribus passuum millibus aut paulo amplius ascendens argenteum gurgitem obuium habebis ad dexteram flecte iter. Sorgia est placidissimus fluuiorum: Cuius aquis.xv. aut circiter passuum millia concendens nulli secundum fontem lucidissimi amnis originem uidebis & incumbētem scatebris prealtam rupem: ut iam transiri ulterius nec possit nec oporteat. Ut enim dextera & secunda sint omnia illic tandem in terram depositus: ad dexteram me uidebis Vbi enī pecul ab italia pos sim esse tranquillus? Videbis autem modicis: sed umbrosis hor tulis angustoq; contentum hospitio. sed quod tanti hospitis aduentu factum putes augustius. Videbis quem desideras optime ualentem. Nullius egentem rei: nil magnopere de fortunae manibus ex pectantem. Videbis a mane ad uesperam soliuagum: herbiuagum: montiuagum: fontiuagum: siluicolam: ruricolam: hominum uestigia fugientem: auia sectantem: amantem umbras: gaudentem antris roscidis pratisq; uirentibus: execrantem curas curiae: tumultus urbium uitantem: abstinentem liminibus superborum. Vulgi studia nidentem: a letitia moestitiaq; pari spatio distantem. totis diebus ac noctibus ociosum: gloriantem musarum: consortio: cantibus uolucrum & nimpharum murmure: paucis seruis sed multis comitatum libris: & nunc domi esse nec ire: nūc subsistere: nunc querula in ripa nūc tenero in gramine lassatum caput & fessa membra proicere: & (quæ non ultima solatii pars est) neminem accedere nisi perrato qui uel millesimam uaticinari possit suarum particulam curatum. Ad hæc modo obnixum defixumq; oculis tacere. modo multa secum loqui. Postremo se ipsum & mortalia cuncta contemnere. Ecce patet dum te uoco ueniendi laborem abstulisse uideor. si enim hæc plegis & fidem habes abunde me uides. iam tandem dū enim colloqui uideor epistolam me scribere sum oblitus. Vale.

Franciscus Petrarcha Iohanni. Columnæ uiro religioso
Salutem Plurimam Dicit. Reddit rationem quare in epistolis tot antiquorum exemplis utatur: plurimumque ad uirtutum

EPISTOLARVM

imitationem exempla ualere ostendit.

Xemplis abudo: sed illustribus: sed ueris: & quibus (nisi fal-
do e) cum dilectione insit auctoritas: possem aiunt pauciori
bus uti. fateor possem: & sine exemplis agere. nec istud insi-
cior. Quippe cum & tacere possem: & forte consultius: sed i
tot mundi malis: inter tam multa dedecora: tacere difficile est. Satis
patientiae prestitisse uideor: quod non satyræ calamū applicui cum
diu ante hæc monstra scriptum uideam difficile est satyrā non scri-
bere. Multa passim loquor: multa etiam scribo non tam ut seculo
meo prosim: cuius iam desperata miseria est: quam ut me ipsum con-
ceptis exonerem & animum scriptis soler. Verum tamen si ratio
queritur: cur exemplis interdum affluam curioseque in his uidear
timorari. Dicam. puto lectorem eo animo esse quo sum ego. me qui-
dem nihil est quod moueat quantum exempla clarorum hominum: Iuuat
enim assurgere. Iuuat animum experiri an quicquam solidi habeat: an ge-
nerosi aliquid: atque aduersus fortunam: indomiti & infracti. An sibi
de se ipse mentitus sit. Id sane preter experientiam: quæ certissima magi-
stra regis est nullo melius modo fit quam si cū his quibus simillimus
esse cupit admoueam. Itaque sicut omnibus quos lego gratiam habeo
si mihi saepe propositis exemplis hæc experiendi facultatem dderint: sic
mihi gratia habituros spero qui me legent. Fallor forsitan in hac spe:
tu tamē in hac narratione non falleris: hæc enim una uera rei causa ē.
Altera est qđ & mihi scribo: & inter scribendum: cupide cum maioribus
nostris uersor: uno quo possum modo atque hos cum quibus iniquo
sidere datum erat ut uiuerem: libentissime obliuiscor. inq; hoc animi
tires: cunctas exerceo: ut hos fugiam: illos sequar sicut enim horum
grauius conspectus offendit: sic illorum recordatio magnifici; ac-
tus & clara nomina incredibili me afficiunt atque inextimabili iocun-
ditate: quæ si omnibus nota esset multos in stuporem cogeret: quid
ita cū mortuis esse potius: quā cū uiuetibus delectarer. Quibus ueritas
responderet illos uiuere: qui cum uirtute & gloria diem obierūt. Hos
Eos hoies inter delicias & falsa gaudia exultates: luxu somnoque marcidos: uino
uiuere qui graues: & si uiuere uideantur: esse tamen adhuc quidem spirantia: sed
cum uirum obsena iam: & horrenda cadauera. Verum hæc inter doctos & i do-
tute obieccos: eterna lis maneat ego sequar incepturn. Habes ergo quod iter
rogationi tuæ: quodque quorundam qui tecum sunt admirationi modo
responsum uelim: cur exéplis abunde uete & illustriū: quod & aliis p-
futura spero: & mihi scribenti: ac legenti profuisse admodum certe scio
Deinceps (quoniam nihil ab uno homine: quod oībus hominibus

placeat fieri potest) mirentur improbentq; si libet. Certe ego me propter alienū murmur intermisisse videar in orē meū : inferere huic etiam epistolæ: aliquot exēpla nō dīsinā : & qd exēpla possint: exēplis ostēdā Oēs q; āte mariū a medicis secabātur : uiciri mos fuerat: q; a enī dolorē corporis animi robore superari nō posse persuasum erat: uinculorum auxilio utebantur . Primus Marius solutus secessus est: sed post eum plū rimi. cur quæso? nisi quia exemplum uiri constantissimi: atq; fortissimi ad imitandum animos erexit: & (ut compatriote sui uerbo utar) ualuit auctoritas . Bello latino decius consul se ipsum: pro legionibus : & p Decius pa
populi Romani uictoria deuouit . res dictu quam executione facilior ter & filius
sponte tua mortem appetere ut alteri uictoriām querastam efficax ta
men exemplum fuit & tam ualidum: ut bello Samnitico: ac gallico fi
lius decius: & ipse consul: patris imitator existeret. & noīe patrem uo
cans: securus iret ad mortem: quam pro salute suorum ciuiūm: contēp
nere illo auctore didicerat . Quo s bello Tarentino aduersus pyrrhum
imitatus nepos: tertia tandem uno de grege uictima: & si non eodem
insularum habitu pari tamen animi uirtute: eademq; rei . P. pietate pro
cubuit . Nunquam talis uir Themistocles fieret: nisi milciadis exēplis
accensus: fieri illi par in animum induxisset . Nunquam Iulius Cæsar i
illud gloriæ culmen ascendisset: nisi mirari & imitari Marium ab ado
lescentia didicisset. quin & Alexandri profuit ymagō in templo Hercu
lis gadibūs comspecta: quā mox ad cupiditatem magnas res agēdi: nō
exarsit modo sed (ut ait Tranquillus) ingemuit . Protecto autem si sta
tuæ illustrium possunt nobiles animos ad imitandi studium accende
re (quod. Q. Fabiū Maximū. & Q. Cornelī Scipionem dicere soli
tos . Crispus refert) . Quanto magis ipsa uirtus hoc efficit: claro dum p
ponitur: non marmore sed exemplo: Corporum nempe liniamēta: sta
tuis forsan expræssus continentur . Rerum uero gestarum: morūq; no
titia: atq; habitus animorum: haud dubie plenius atq; perfectius uerbis
quā incudibus exprimuntur . Nec improprie mihi uideor dicturus sta
tuas corporum ymagines: exempla uirtutum . Quid d' i geniis loquar?
Imitatio unū insigne par syderum linguae latīnae: Ciceronem: ac Ver
gilium dedit . effecitq; ne iam amplius grecis ulla in parte eloquentiae
cederemus . Dum hic homerū sequitur: ille demosthenē: alter ducem Homerū
suum attigit . Alter a tergo liquit . In omni hominum genere licet ostē Vergilius
dere idem: sed in eo quod in me reprehenditur arctius: nolim hodie demosthe
nius uideri . Vnum etiam nunc exemplum tibi notissimum quo ni nem Cice
nus interseram temperare nequeo . Siquidem quem uitæ callem arri
peret diutissime fluctuanti Augustino & Antonii & uictorini retho
ris: ac mattiris profuit exemplum: nec non & illorum duorum in re
bus agentium: apud treueros repentina conuersio quam cum sibi pon

EPISTOLARVM

tianus miles ipatorius enarrasset. Ipsius Augustini uerba tenes octauo
(nisi me memoria frustratur) confessionū libro posita. Exarsi iquit: ad i-
mitandū. Ad hoc enī & ille narrauerat. Hæc ergo cōsilii mei ratio est, p-
pter obseruatores: ac miratores meos sāpius iterāda. Video enim quā
multis exēpla cōtulerint ad uirtutē. & qd in me agant sentio: & de aliis
idem spero. Si fallor: res periculo abest: & quibus exempla non
placent: non legant: neminem cogo: & si me rogas: a paucis legi ma-
lim. Vale.

Franciscus Petrarcha Barbato sulmonensi Salutem Plurimam Di-
cit. Deplorat Andreæ Roberti Regis filii indigiam ac miseri-
mam mortem.

Eu quā uiolēti: quamq; Inevitabiles sunt fortunæ exitus: uel
præuisi. Sæpe quidē (ut nosti) Barbate amantissime: d fortu-
nna deq; alii quibusdā loqui soleo ut uulgus: ne in sermone
cōmuni singularis appaream: si seorsum interroger respōsu-
rus fortasse longe aliter. Sed transeo ne si hereā. acturus aliud de hac re
superuacuis disputatiūculis implicer: abstraharq;. Ut aut̄ ceptū sequar
& fortuña oipotens: & ineluctabile fatū nō cum utilgo solum sed cum
maximis atq; doctissimis quibusdā uiris & in primis cum Vergilio ui-
deri posset: nisi & unius omnipotēs: & fati nomē in ore catholico suspe-
ctum foret. At quæcunq; uis illa sit seu dei iudicio: seu permisso: res ho-
minū uersans haud dubie magna uis: & prorsus ineluctabilis est. & ad
uersus quam frustra inbecillitas nostri conatus accingitur. Nam in cur-
su facili consiliū humanum opprimit mali moles & mortale remediū
discutit inuicta necessitas. Id si unquā alias nunc maxime intellectum
conspicuumq; clarissime est. Rogo quid noui quid inopini accidit?
Quis nō ista præuiderat? & præuidiſſe quid profuit? tam profunde enī
totis regni præcordiis se nequitiæ dirū virus infuderat: ut iā nisi mor-
tiferū esse non posset. tantū audaciæ: tantumq; licentiæ: reproborū: tan-
ta pioꝝ desperatio: tantus meror incesserat: erant crebra undiq; uelut i-
stantiū procellarum signa. Graues frontes turbida nubes obduxerat. &
turbida pectora pugnaces urgebant uenti. fulgurabant oculi ardentes.
flabant ora minacia tonabātq; prope erat ut manus impie fulminaret:
equor aulicū iam tumebat: iamq; æstus horrisonus & reciproci fluctus:
& obscenæ aues: & peregrina prodigia uestris late litoribus recursa-
bant. Morte regis mutata regni facies & cum unius uiri anima: om-
nium uigor & consilium euauisse uidebantur. Spectabamus hæc om-
nes futurisq; non secus ac præsētibus angebamur malis. Loqui autem
quis auderet ubi uix liberi cogitatus erant? & non tantum uocibus: sed

nutibus parata supplicia. Quāobrē in triuīs muti omnes .in thalamis
 murmur ambiguum. moesta præsagia. & impendentium iunctii malo
 rum: taciti augures. metus ac dolor. deniq; sic apertis oculis torpuerat
 animi: quasi quos uicini fulminis lux horrenda præstringeret. Nemo
 (nisi fallor) unus hominū me aperiūs timuit. doluitq; liberius. Nemo
 illa curiae portenta & introspecta acutius: & cōtumacius: aut lingua per
 cassit: aut calamo. heu quāta quāq; euident puerioꝝ fides. Mala uati
 cinetur inquiunt: qui uates ueridicus fieri uult. Et iter. Rare ulla cala-
 mitas sola uenit. Sic ē. sic ab antiquis audiūmus sic uidemus. Magna
 semper eruminarū acies: incomitate non prodeunt miseriae. In multas
 incidisse se nouerit: qui in unam incidit. Evidem ut in tāta malor̄ co Nemo in
 pia: miseris multos esse necesse est. sic in tāta bonorum inopia fælices hac uita
 paucos. Et sane miseris miserorūq; gemitibus ac quærelis referta sunt uere fælix
 oia. Cōtra autē: q̄ sit mortalibus rara fælicitas q̄s nō uidet? cū & i hoc
 uitæ tramite: si acriter intueare fortuæq; faleras diligēter excutias: ne
 mo usquam uere fælix: aut uotoꝝ plene compos occurrat: & apud scri-
 ptores reꝝ: uix comité unū procul i ultimis archadū latebris: fælix ille
 habitus Metellus innuenerit. Quibus ita se habentibus: quis miretur ut
 in hominum turbam coniecta spicula: sic in congeriem malorum mis-
 fa uaticinia non errare? utq; ad uiuū illa: sic ad uerū ista ptingere. Me
 ministi amice ut olim præsens uerbis uiuo adhuc: mox extincto rege:
 cui soli suum hoc: & proprium nomen fuit absens litteris: nec multo
 post præsens iterum uiua uoce: non sine suspiciis quid sentirem: quid
 ue i posterum prælagirē. quasi iā tunc. uenturi certus explicui. Videbā
 enim subtractum regni fastigio fundamentum: erantq; sub oculis cor-
 ruentis regiæ graues casus. Caput adolescentis innocui primum om-
 nium hac ruina oppressum iri fateor non videbam. Nescio quid ob-
 stabat feralibus coniecturis: id unum quod in malis pessimum erat:
 abscondens. quamquam (ut meminisse uideor) iam inde primis ad te
 litteris agnum lupis obiectum: utinam non tam certo dixerim augu-
 río. & profecto lupoꝝ morsus: ac rabiem. & illa communia perditio
 rum hominum. contemptum: odium inuidiam: dolum. Rapinam.
 carcerem. exilium cogitabam. Talis hominis: talem mortem nec co-
 gitare didiceram: nec uereri. Quippe qui nullis ex tragediis: tam nefas
 : & tam truces insidias meminissim. Tuit ecce feracissima scele-
 rum ætas nostra quo gloriatur antiquitas quo se posteritas console-
 tur. Vtq; omne æuum fiat excusabile: hoc in tempus summa se-
 uitiae: ac totius inhospitalitatis erupit. O breui multum muta-
 ta Neapolis. O infelix Auersa. Vere auersa nomen ex re sumptum:
 auersa inquam prorsus ab humanitate ac fide: quarum prima hoi secū-
 da regi & iusto domino debebatur in te utriusq; spreta reuerentia.

EPISTOLARVM.

utriusq; in te sacrū gentibus fractum sedus. In te enim fraude impia pi
it rex tuus ferro utinam: aut uirili morte alia. ut hominum manibus in
terfectus: non ferarum dentibus: atq; unguibus laceratus uideretur. O
iniquo condita sydere: infausto signata uomere: clementis extorta san
guineis: & uipereis habitata cultoribus: magistra urbs crudeliū exem
plorum. Abinde impietatis: & criminum erat animantium principis
sacrosanctam effigiem: ad imaginem dei factam: uiolare tam atroci
ter: tam superbe. Nunc id scelus nō in homine quolibet: ausa es: sed mi
tissimum innocentissimūq; hominum: & dominū tuū: & ante annos
tui sollicitū: rui amantanem: raræ idolis puerū: magna spei regem tru
culentissime laniasti. Imo non tu sed in te acres: & immites: dicam ho
mines: an belua? an quod aduentitii genus monstri qui orbem ytalii
cum barbarica feritate maculantes: tuum suūq; regem: non gladio nō
ueneno: dura licet: at solita regum morte: sed uelud incendiarium: aut
latronem: infami laqueo peremerunt: & cuius uertici debitum ac spera
tum dyadema: diu persida tergiuersatione distulerant: eius collo restē
& nodos miserabiles iniecerunt. ut exequiarū genere alio: & uita lōgio
te dignissimi corporis ludibria indigna præteream: si nostro forte silē
tio posterorū notitiæ subtrahantur. Tu quidem misera ciuitas hæc per
peſia tuis in penetralibus: quæ omnes terras: & omnia sœcula: tristi ſint
inquinatura memoria. Cæterū & culpæ expers: niſi q; patientia crimi
num: ſæpe coſeni ui proxima ē: & ſi nec obſtare poteras: nec ulcisci: mi
ſeratione potius digna quam odio. At tu x̄pē ſol iuſtitia: cuncta
uidens: & æternis radiis uniuersa colluſtrans. ut quid hanc infamia
nebulam paſſus es terris noſtriſ in cumbe? Cum poſſes tam fa
cile: niſi delicta hominū obſtarent: uapores noxios odio rum: caligino
ſe noctis algore concretos: feruido tui amoris ſplendore per rumpere.
Tu autem ſumme regum noſtri temporis Roberte: quem ex aliqua cæ
li parte: res noſtras & miſerari crediderim & ſpectare. quibus hoc nefas
luminibus aspexisti: & hanc tātam tui ſanguinis iniuriam: quo animo
pertulisti? An non poteras piis præcibus impiū ſcelus auertere? an po
teras: ſed nolebas? ſubdifficilis coieſtura. Et ſi enim ſimillimū ueri ſit
te cæleſti gaudio repletum terrenis doloribus non moneri. Nunquid
tamen tuo: & caritate atq; ingenita pietate non tangeris? Vt cunq; eſt ſæ
licē te. qui huic diē in corpore habitans non uidisti. quin te ſuperſtitie:
nunquā tā ſlebilis illuxiſſet dies nunquā tātu inuidiæ licuiſſet. Fuit enī
uere frons regni ſalus. cōciliatrix aiorū. Iuſtitia: altrix: expultrixq;
perfidiae. Ac uelut quædā ſalubris umbra gregibus tuis ut iocunda pa
ſtoribus ſic funesta ſerpētibus. quod ſi huana uirtus obſtare decretis &
thereis non ualet: optanda utiq; & penitus oportuna mors fuit: quæ
oculos tuos: quibus adhuc naturæ legibus horror & lachrimæ inerāt

Criminū
patientia
consensui
proxima ſæ
pe eſt.

tā mio esto spectaculo liberarēt. Proh dolor: tuū illud eximiū: cārē: piū: dulce depositū: quibus seruandū colēdūq; cōmiseras perdiderūt. non sōno aut ignauia uicti: sed flammanti odio: & inuidia stimulati. O ultrix scelerum iustitia: neq; illi: aut innocentia: aut sanguis: aut maiestas profuit. Nō hoīum quisquā: aut deorū: nō quā efficacissima spabatur tui recordatio opem tulit: uoces illas: monitusq; nouissimos pii patris & regis optimi: qbus moriens: quantū mortali consilio datū erat: in lō gū: & familiae tuā prospexeras & regno: praeruptæ despatae q; inequitiae uentus tulit: atq; oīs diuini & humani iuris contextit obliuio. Sed iā fle tuū satis ē. modo ne ubi finem singimus initium sit. Cum enim (ut dī cebā) & crebra & comitata ueniant mala: cū rara & solitaria bona sint: ex hoc malo nescio quid malorē sequi uideo. qđ ne iterum certior quā uelim mali nuntii uates sim silentio præmam. Meliora cūcta proueniāt quam spo. Nec rei. P. noceat paucorū furor qui in illis quorū est: in ultus (ut auguror) nō erit. Et si enim diuina iustitia sāpe misericordiæ succumbat: in his tamen hoc accidit: quos peccati pudet: ac penitet: nō in his qui flagitio gloriāntur. hæc tibi quoq; forgie ad fōtem: quo rufus e tanto italiæ naufragio uelut in portum fugi. & p̄teriti dolens & uenturi trepidus dictabam Kalendis sextilibus intempesta nocte. Vale tui cautus. memor mei.

Fran. P. T. M. S. P. D. Hortatur illū uti hoīem uitiis pditū repræhēde
re desistat: cū se sciat operam perdere.

Ine illū. linq eū sibi. ætatē habet. uiæ patēt. ire licet quocūq;
libet: demitte i collū: habenas hoī idomito. frustra niteris. re
peto. lique illū sibi: eat quo fert aius. crede aut mihi nō ascē
det. Vidisti equos ad iter: & ascēsum pigros: ad pugnā pauī
dos tamē ipatiētes socii fremētesq;. degeneris ai signū ē ifultare mīo
ribus: nō posse coitē pati: nocere cū possit occasionē expectare nō cām.
Muscae macros stimulat boues. pauperē peregrinū canis ifestat. Homū
culū nostrū his exēplis ascribito. Vbi uel miserabilis orbitas uel extre
ma paupertas. Deniq; ubi defensiōis est minus: ibi plus seuitiæ nocēdiq;
feruentior libido. Qua in re nihil deliberat: nisi an facultas assit: uolun
tas nūquā abest & semp una. Quid castigas igitur? pdis operam. plus
aliquid quā uerba reqrit hoc malū. Da illi parem aduersariū: cōfestim
ardor iste tepuerit. semp erit lupus oue conspecta. Admoue lupū: ouis
erit. Quid igitur (ut ait Flaccus) obseratis auribus fundis præces? qn
tu sine illum sceleribus obrutū & oppressum suis: supbia tumidū: ardē
tem auaritia: iracundia rabidū inuidia tabescentem: libidinibus effe-

Degene
ris ai ē mi
noribus i
sultare.

EPISTOLARVM

ratū gulæ uētrisq; mācipiū:nimio semp sopore cōfectū:& (ut ait Ma-
ro) somno uinoq; sepultum . Quid enim huic facias? quid loquaris?
Dolio loquāris.& quidē pleno :& nil penitus responſuro: nil intellec-
turo: nil etiam audituro . Perproprie in hūc dixisse : licinius Crassus ui-
deretur : modo barbā xeneā haberet . Cætera enim affunt . Os ferreum:
cor plumbeū:utiq; callosas aures:callosumq; aium habet . Callum mē
daciis superductum uera uerba nō penetrant . Nescio an ex illis sis qui
bus perdere uerba leue est . Illud certe scio: q; in homine uerba perduri-
tur:tollerabilis forte iactura:nisi contemptus hinc simul atq; odium q;
rerentur. Vale.

Franciscus Petrarcha . T.M.Salutem Plurimam Dicit . In hominē
non facundum sed loquacem inuehitur:ibiq; quid facundia quid itē
loquacitas sit ostendit.

q Vod ad studium rei familiaris attinet:coaceruandasq; diui-
tias prouidentissimum hominem:omniūq; quos ego qui-
dem nouerim circūspectissimum non nego: quiq; non in
uultu tantum:sed(ut plautina anus)in occipitio quoq; oculi
Quid iter los habet . Cæterū in eo:quod de eloquētia hominis addidisti:longe
facūdū & dissentio.inter facundum enim ac loquacem largiter refert . Alterum
loq;cē 'in' qualitatis est:quantitatis alterum. hoc ingenium & ars & exercitatio
modesta . illud præceps impetus & impudentia præstabunt . Contra-
ria sunt hæc . plæriq; tamen in discernendo falluntur . Tu illo loquente
si diligētius animū aduerteris fateberis ut nihil promptius:sic nihil il-
lius sermone durius :nihil asperius:nihil intempestiuus:qd' non ideo
ut sibi cuius nomen sciens silui eloquētiæ falsam famam:sed ut tibi iu-
dicii errorem eripiam:dictum scito . Vale.

Fran.Pet.T.M.S.P.D.Vt munera pro tribuentis animo nō pro rege
magnitudine recipiat hortatur.

q Vam pauper:quam ue sis diues nescio . loquor d' arcula . Ani-
mus enim proculdubio diues est:bianteo more sua secum
bona circūferens:nec incendio peritura:nec naufragio. & q
bus nihil omnino non prædonum uim:non furum metuit
dolos:nō rubiginem:tineasq;:non morbos:non mortem:non seniū:
non ruinam . De arcula sane ipsa iccirco sum dubius:quia dum animū
moresq; tuos:fortunamq; simul extimo:ut non multis sic non nullis
egere te suspicor . Sicut enim insanorum est innumerabilibus indige-

re sic uerum ē. quod ait xenophon ille Socratus. Nihil egere est deo Insanorum . Quam minime autem proximum a diis . Quamobrem quia de ē multū e arcula ipsa: nuper a conscio quodam nescio quid audiui : pro uirili par gere: deo te succurrentum statui. Ecce itaq; de fortunæ meæ si reliquiis dicā su rū nihil. di perbius quam uelim. si muneribus: aliter loquar ac sentio. Dicam ergo is pximū de muneribus: quibus ille me talia non curantem : supra spem : supra minie xe q; uotum cumulare dignatus est: aliquantulum ad te misi: quod quātu nophōtis lūcunq; est haud dubito dignanter accipies: & in exigua re patuo uelut auctorita in speculo conspiciens magnum mittentis affectum: munusculi parui te. tatem: animi uoluntate pensabis: Non q; ego sim nescius: quosdā for tes: quosdam doctos: ac simillimos tui uiros: & utrosq; magnanimos: frustra olim muneribus fuisse tentatos: In quibus ante alios ē Fabritii clarum nomen: & Curii Romanorum ducum . Quorum alter pyrrhi Regis: alter aurum contempisse samniticum laudatur. Clarius uterq; Qui obla contemptus: sed nobilitatus alter etiam claritate responsi. Quamuis ta munera enim scolaſtici quidam more suo confundat hystorias. Respōsum spreuerit . tamen illud nobile & famosum Romanos nolle aurum: sed aurum ha bentibus imperare: non fabritii(ut uulgs putat) ad regē sed curii ē ad sannitium legatos. Xenocrates legatos Allexandri Macedōis cū quin Xenocra quaginta talentis ad eum ab ipso rege transmissos: iuitatos ad coenā tis uerba: in uillam achademiæ: ac mediocri & minime apparato cibo phyloso legatis al phycæ habitos: cum dimisisset: postridie reuersos: quārentesq; cui nu lexandri merari pecuniam Regis uellet: sic increpuit . Quid uos inquit hesterna macedōis cena non intellexistis me pecunia non egere? quo responſo: cum moe pecuriā of stos factos cerneret: ne munus ac legationem regiam spreuisse dicere ferentibus tur: de magna pecunia: exiguum particulam accepit: reliquum referri jussit ad regem. Fertur erga eundem regem & diogenis Cinici con Diogenis temptus: ad quem uersatili dolio habitantem: cum Alexander uiden di cupidus uenisset: & miratus hominem quæfisset: an donari sibi a re plum ge aliquid uellet. Cætera inquit alias . nunc ut a sole dimoueas peto . Erat enim hyems & forte tūc fundo testæ illius ad Aquilonem obuer so: ore autem ad meridiem: apricabatur seminudus: sed feruens animi seniculus . Facetum hoc. Durius & prope superbū Demetrii respon sum qui missum sibi ab imperatore Romano aurum ridendo ita con tempsit: ut diceret si temptare me uoluit: toto illi fuerat experien dus imperio. Calanus indus dum ingenti lignorum congerie ex tructa & incensa more patrio nudus ad uoluntariam mortem iret Allexandro Macedoni obuio. & quārenti similiter: num se aliquid uel let: nihil inqt ē opus: breui te uidebo. Sed hic qdē miri nihil: qd enī nō spnat qui ipsā pp quā cætera cōcupiscimus: uitā spuit? Cōteptus sane

EPISTOLARVM.

miraculum suppleuit uaticini certa fides. Siquidem intra dies pauca Alexander apud Babilona Cratere illo persarum atque indorum ulti consumptus est. Urbanius aliquato Dindimus. Ad quem nudum cum Alex ander idem in fastu regio deposito uenisset in extrema solitudinum et cunctis munieribus ab opulentissimo Rege sibi allatis: non nisi minima & uilissima regis sumpsit: ne contemptus asperior insolentiae notaretur. Sed haec singulorum hominum illa publica aiorum & incomparabilis altitudo. Pirri regis cuius supra memini legatus Cyneas: uir ingenio & sapientia excellens: immensis cum munieribus Romam missus: Senatum primum: atque ordinibus cunctis ex ordine: ne quicquam tentatis: postremo plebe ipsam frustra etiam aggressus: ac nemine prouersus iumento cuius dominus aut mens munieribus regiis pateret: cum eo ipso quod auexerat auro ad stupentem regem: stupens ipse reuersus est. Ceterum hi omnes: aut ab hoste rege: uel populo aut a superbo aliquo datore tenuati sunt. At non Romani senatus: dona Ptolemeus rex aegyptius: non Africani sui munus Masinissa contempsit. Non Africanus alter: munera regis amici: non denique populus ipse Romanus munerum licet spretor hostium: pergamei regis: quem amabat: hereditatem testamētumque despexit. Multum refert. quo animo quid donetur: & a quo. & sicut quidam longe magnificus: sic alter inhumanus atque insolens est contemptus. Amicus ego: non tentator uenio: nec (ut uerum fatear) dono aliquid tibi sed tecum partior: quae scis ipse iam pridem nobis esse coia. Ac ne minus exiguum magnis uerbis exaggerem. Accipe quicquid id est: & boni consule. quod profecto ne idem ipse qui fert: nec aliis quidem quisquam quid: aut quale sit nouit: & ego iam (si quid mihi credis) oblitus sum. Vale.

Franciscus Petrarcha Phylippo Caualicensi episcopo Salutem plurimam Dicit. Se cum socrate suo iturum ad illum pollicetur.

Eniam ad te: quando ita placere tibi sentio: Et Socratem nostrum deuotissimum tui nominis adducam. Postrem die ueniemus: nec horribimus urbis aspectum: inculta quamuis & rusticana ueste coniecti. Huc enim pridie raptim ex urbe inquieta & turbida saltu uelut in litus: fracta puppe configimus: latitandi: ociandi: proposito: eoque habitu: qui & ruri & brumae conuenientissimus uisus est. Ut sumus in tuam urbem commigrare iubes: parebimus: eoque libentius: quo ardentiore tui desiderio trahimur: neque magnopere curabimus quales extrinsecus uideamur: cui animos nostros apertos ac nudos esse: & cupimus & speramus illud

tuorum uoto pater amatiſſime nō negabis si ſaþe nos hospites habe
re uis: ut non apparatus exquisitumq; conuiuum ſed mensa nos fa
miliaris excipiat. Vale.

Eiusdem Francisci Petrarchæ Epistolæ de rebus familiaribus
Liber Septimus.

Franciscus Petrarcha Barbato Sulmonensi Salutem Plurimam Di
cit. Quod sulmonem primo impetu barbari oppræſſerint occupau
erintq; dolet: polliceturq; illi in calce epistolæ operam ſuam.

Nnter multifidas: quibus obſideor curas: illa non
ultima eſt: quā ex tērum tuarum expectatione cō
cipio. Quid enī mihi barbato meo carius? Quid
dulcius? Anxia res amor: credula: timida: ſollicita: Quid ſit a
oia circūſpiciens: & uana ēt ac ſecura: formidans. mor.

Ecce qđ ſemper timui. Ecce qđ ſemp ſcripsi. Ecce
quod quotidie dicebam: non poterat tam ſedum
facinus impunitum eſſe: & eſt ultio hæc aliquan
to ſerior quam putau. Verte autem deus iram tuam in auctores ſcele
rum. & noxia capita digno ſupplicio feri. parce piis parce fidelibus.
Quid inſons meruit plebecula? Quid ſacra tellus auſonia? Ecce iam
puluſ italicus grefſu quatitur barbarico: & uiictores olim gentium:
nunc heu Vincentium præda ſumus. ſiue id peccata noſtra meruere. ſi
ue iniquum & triste ſyodus aliquod aduerso limine nos exercet. ſiue (in quod magis inclinor) integrī nūc ſcelestis additi criminibus ple
timur alienis. Sed abſit ut italiæ metuam. a qua rebelles potius quod
metuant habebunt. Dum inuper urbi reddita potestas tribunitia uige
bit: & caput noſtrę Rōa nō egrotabit. Pars italiæ ſollicitū habet. illa ui
det q; oī magna grecia dicebatur. Brutius: calaber: atq; Apulus: nūc la
boris regio: atq; oī ppotēs capua: nūc regina urbiū parthenope. In has
terras ameniſſimas ab asperrimis dapubii tipis p̄ceps ruit exercitus. &
coeli noſtri ſerenitatem fedis nubibus ſinuoluit: ab aquilone oriens
procella: quam uereor ne dum reſponſum tuum operior: cum ingenti
fragore detonuerit. Sic omnia iam in extreſum adducta referuntur.
Iam ſulmonem primo belli impetu calcatum in ditiōem hostium per
ueniſſe fama eſt. heu generoſū oppidum tuam & Nafonis patriā: qui
bus profequar lamentis ab his hodie poſſeſſam inter quos ille morte
grauius putauit exilium? Qui autem adeo miſerabiliter non tam de
exilio quam de loco exilii quæſtus eſt: ut librum non exiguum teſe

EPISTOLARVM.

et quærelarum:quid dicturus fuisset:si histri populos & id genus hominum qua uagus farmata:& arciteneis Gerthes:niuosis oberrant collibus:ad occupandam armis patriam suam uenturos ulla tempore præuidisset: ad quos se Cæsar is imperio proficiisci:ta iniquo tulit animo:ut nihil aliud flere:nihil aliud depræcari:nihil aliud loqui posset. Te uero frater:quid nunc dicere arbitrer ista clementem?quæ nec ego præsentia sine lachrimis audio nec ille futura sine gemitu cogitasset. O feliciora iam saltem Nasonis ossa externa tellure obruta quæ si patriæ pyramidis honore condita huius temporis ludibrio seruarentur. Iam tranquilliora dixerim sepulchra inter hystrum & Hypanē quam inter lirim & uulturnum: Illinc Barbari magno agmine diffugunt. Huc irrumunt. At ego dum dolorem animi sequor propositam excessi & euehebar longius: nisi me expectans: & crebro interpellans hic nuntius reuocasset. Igitur unde discesseram reuertor. Magno super te panore torqueor.sed nihil in me (quod ipse nouerim) consilii est nihil auxilii.quia tamen plus interdum aliqui possunt quam se posse confidunt.si quid in me opis agnoueris:iure tuo utere. Gratiam fateor non mediocrem apud tribunum stirpe humili sed excelso uitrum animo propositoq;:& apud populum Romanum habeo nullis profecto meis meritis .Sed deus mihi malorum odia bonorum beniuolentia compensauit.Non quod uel illis nocuerim: uel his profuerim:uel malus esse desierim:uel sim bonus.sed quia malos odiſſe bone amare disposui.& ab illorum turba ad horum paucitatem ſæpe trans fugere uolui si datum eſſet:& uolo si dabitur. Si quid igitur in præſenti diſcrimine apud præſatos tribunum ac populum prodeſſe tibi interceſſio mea potest:ecce animus & calamus præſto ſunt. Eſt mihi præterea in longinquο: & ab his motibus:ſecuro italæ trac tu: do mus parua quidem.sed duobus unum animum habentibus nulla do mus angusta eſt. Nullæ illam dānosæ diuitiæ:ſed nec paupertas:nec cupiditas:libelli autem innumerabiles inhabitant.hæc modo nos ex peſtat:me ab occidente reuersurum: quem iam biennio affuiſſe conqueritur.te ab oriente:si fata coegerint:& ſi libuerit uenturum. Quid tibi præter hæc offeram non habeo.Domus autem ad quam in uito te ubi ſit noſti.i loco ſalubri & terroribus uacuo & pleno gaudiis & ſtudiis oportuno.Tu quicquid consilii ceperis ad ſælicē exitū:deus applicet.ego iterim utinam falsa timuerim: & absentia quod naturaliter ſolet:metum auxerit amantis. Animus quidem meus non quiet:donec uel te uidero uel per litteras accepero ſaluum ex his tempeſtibus enataſſe.Vale.
Fran.Pet.T.M.S.P.D.Veram humilitatem non eſſe ſpernendam mul

ts exemplis ostendit.

Oli obsecro amicum ideo spernere: quia humili: ne contrarius fias dicto irrefragabili quo humilitas exaltanda promittitur. Vera quidē hūilitate: nil minus cōtéptibile: nil minus uera superbia uenerādum. In discretiōe tamē huius rei & aliarū quoq; multa& fallimur. Viles enim timidosq; & abiectos humiles uocamus: magnanimos aut superbos. Cōtra aut ueros humiles: falso crediti pusillanimitate cōtēnimus. Insolētes uero ceu ueræ magnanimos ueneramur. Scitūq; ē illud Catōis huius iunioris a salustio relatū. Vera regē uocabula: iam pridē amisimus. Si igitur constat de re: Amicūq; tibi (ut est) humilē fateris uide quæso ne humilitatē altissimā uirtutē: xpoq; gratissimā despexeris ne qd' nūquā fuisti iportunæ & odiosæ supbiæ uidear. Quis enim uel mediocris ingenii qui utrarūq; faciat l. ac seculariū scripturarū seriē legerit nō aduertat quātū magister hūilitatis xps hūilia semp amauerit? Ut equidē a primo ordiar ex quā hūili radice nasci uoluit ille cuius faciē uidere sūma & sola foelicitas ē? an nō ex nobilissima qlibet nasci posset: nel nobilitare q uellet? sed nobilitate cōtépta hūilitas qrebatur. Eggresa ē uirga de radice iesse & flos d̄ radice eius ascēdit. Cuius sub ūbra reges sedēt: populi regē scūt: cuius orbis totus odore reficitur. Quænā uero radix ista iesse? quā supba? q nobilis? cui Ruth materna auia mulier aduena: inops uidua orba socrū extra fines patios secuta: & post pueros messores: in agrū Bohom ad legendū spicas primū misericorditer admissa deinde & nocturnis quoq; blanditiis in ipsius doī pmota cōiugiū. unde lesse pater pdiit p se ipsū obscuri uir nois? ipsū quoq; iesse qs nosset: nisi pp eius filiū Dauit? imo quis quēquā nosset eoꝝ nisi pp xpum ex illoꝝ radice surgēt? quoꝝ originē quātū spnere quātoq; cū stomacho & filiū Isai & seruū suū dicere solebat ipse saul cōpatriota supbior nouissima licet familia editus minime tribus israel. quisquis regū libros inueniet ipse Dauit quāuis eximie uirtutis atq; excellentis ingenii: tamen adolescens pastor erat qndo ē electus a domino & sublatus d gregibus ouiu (ut ipse fatetur) & de post fetantes acceptus i regē: paut Israel inocētia cordis sui. an Moses forte nobilior: quādo uisionē illā uidit rubi ardē tis & icōbusti quādo tot pdigioꝝ signis illustratus ad liberādū populū rigo hūi israeliticū seruitute egyptiaca dō iubēte pfectus est? Certe nō rex: aut princeps: q tāto op̄i eligeretur: sed hūilis pastor fuit. & (qd magis stupe as) aliēi gregis. Iā i p̄e pater Abrahā filiusq; & nepos quoꝝ nominib⁹ Progēies omnis sacre paginæ plenus est Angulus. quorum tanta est gloria: ut omnipotens ab illis cognomen accipere. & deus Abraham deus Isaac humili lo deus Jacob dici uoluerit. Atq; ipse de se loquens eodem ipso co

Quæ sit
uera hūilitas: q uera
superbia.

Hūilitas
stirpis re-
dēptoris
nostrī.

Mossis o-
tis & icōbusti
lis

Progēies
Abrahā ex
humili lo
deus Isaac
co

EPISTOLARVM

cognomine usus sit. Putas reges aut tetrarchæ essent? Imo uero uel agricultores: uel pastores ouiu fuerunt. A sellis uilibus insidentes stipati gregibus suis inter filios & uxores sedes mutabant: sed in hac humilitate deū merebatur ducē: qui eo ipso tempore potētissimis ac superbissimis assyriorum regibus: nō modo familiaris eē sed ne nosci quidem uelle dignatus est. Ipse Iacob a quo i scripturis sacris: crebrius illud insignis cognomen ac familiarius deo est: non superbia originis sed humilitate sua clarus: qualiter ab illo soceri sui diuturno & graui seruitio redeat attende. Certe nō sceptrū reuehit: nō dyadema: nō purpuram: non currus aureos: non armatos exercitus. Sed ouiu & capræ bouīq; aciem instructa: clam fugiens filiorum turbam ac seruorum & simul duas duicit uxores: ac totidem concubinas: semen gentis innumere quarum ex utero: duodecim tribus Israel & tanta populorum multitudine deo secundante mulierculas: & humilitatem honorante descendenteret. Fiebant illis in figura: quæ sufficienter contemptibilia uideretur: eēnt aut in ipsa re ueritate magnifica. si enī nō aliter accepta fuerit q; narretur: q; nō audita despiciat: q; si gloria tñpali corā deo clarior foret q; hūilitas: q; dubitet: quā i partē iste tatus dei fauor: multo p. pensior futurus esset. Conser enim cū his tribus senibus tam famosis: cunq; omnibus illorum gregibus: atq; coniugibus tres imensis exercitiibus subnixos Romanorum duces. Scipionem Africānū Hānibalis cornua constringentem: & tributario iugo imperiosæ Carthaginis colla subdentem. Magnum Pompeium inseptemtrione atq; Asya tonatē: & nō lacte sed Auro repleta patria: captisq; nō ouiu sed regū gregibus a mari rubro ad meotidas paludes ripheosq; mōtes: uniueria calcatē. Iuliū Cæsarē i galliis ac germania fulminatē: pdōitisq; hostibus ad postremū in uiscera patriæ uictoria pila uertetē. ipsaq; tū gētibus i perantem Romam: & in ea terrarum orbem unico thessalico prælio uincentem. Quanta qdē hæc sit imparitas rerum uides. poterat nasciturus ex homine dei filius uel ex his nasci uel eos ipsos e quibus nasci decreuerat tales facere. Quippe qui utrosq; creauerat. poterat non Dauit in angustiis iudeæ finibus: sed Augustum in toto orbe regnatē habere stirpis auctore: uel Dauit ipsum tātū principē facere quātū fecit Augustū. poterat nō in Bethlem uico exiguo: sed Romæ: cui Iudea: inter ceteras ieruebat: & in thalamo aureo nasci: nō i stabulo. Poterat natus cui coelū sedes est: cuius est terra & plenitudo eius: non in summa paupie sed in sūmis delitiis enutriti: nisi q; nobilitatē & dilitias nostras spnit. utinā& nō oderit. postremo poterat: q; ei succederent: suūq; nomen gentibus prædicarent discipulos sibi litteratos ac potentes: reges: oratoresq; & phylosophos: non pescatores: rusticos inopes &

Scipio A. fricanus. **Pōpeius** magnus. **Iulius Cæsar.**

idocitos eligere:nisi quia ipse deus est:qui superbis resistit.humilibus autem
dat gratiam.nec potentia nostra egens ad agendum:quoniam ipse dixit &
facta sunt.neque ad persuadendum eloquentia mortali.Vivus est enim dei ser-
mo:& efficax:& penetrabilior omni gladio anticipiti:& pertingens usque ad
divisionem animae:ac spiritus:comitatum quoque & medullarum:& discretor
cogitationum:& intentionum cordis.Hoc sermone discipulos suos ar-
mauerat:quando eos ad persuadendum generi humano:toto dispersit
orbe terrarum:non consulari trabea:non imperiali dyademate:non lau-
rea triumphali:non philosophorum sententiis:non oratorum floribus:
non aculeis sophistarum:non denique uerbi sapientia(ut ait apostolus) ne e
vacuaretur crux Christi.Non inter eos caesar fuit:qui cogeret:non plato qui
doceret:non Aristoteles qui argueret:non Cicero qui suaderet:sed hominum
pauperes:inbecilles:& inculti:qui nunquam aut scolas intrassent:aut
litteras didicissent.Ili tamen:inter persequentiū gladios:& ferarum detes
flammasque ac tortores:persuaserunt publice quod uolebant.XPM deum
& hominem natum:passum:descendisse ad inferos:surrexisse a mortuis
ascendisse in celum:rediit ad iudicium:& cetera oia:qua ille mandaue
rat.qui(ut scriptum est)stulta mundi elegit:& infirma:ut confuderet
fortia.qui cum prodesse omnibus uenisset:elegit(ut ait Augustinus)prodesse
imperatori de pescatore:non pescatori de imperatore:quod similiter
prosul de oratore ac philosopho dici potest.Idque non aetate rudi acci-
dit:& ad credendum facili:sed longe magis inueteratis litteris atque do-
ctrinis:omnes illo antiquo:ex inculta hominum uita:errore sublati:lon-
geque magis:iam doctis hominibus:ac temporibus ipsis eruditiss:quam
aetate Romuli fuerant:de cuius diuinitate credita:Cicero loquens ait
haec in sua re.P.& Augustinus rettulit in sua:ut ad finem ducendum:si tunc uix
quicquam(ut idem ait)nunc omnino minus esset loci.Antiquitas enim
inquit:recepit fabulas:fictas etiam:non nūquam incondite.Hae aetas
iam exulta pescantium eludens:omne quod fieri non potest respuit.Quae
si(ut dixi) ad coloradā falsā Romuli diuinitatem:qua credi iam cul-
tiore aetate potuerit.Cicero uelut non parua argumenta coquirit.Roma
uix dum condita:& unum e septem collibus uix integrum:enque non tec-
tis:muroque marmoreo:sed dumoso ambitu:& culmis agrestibus:oc-
cupante:atque adhuc nescio quid pastoriū redolente.Quid aetate Christi di-
ci debet Roma dante iam iura gentibus:imperantibus:augusto.Tibe-
rioque sub altero natus:sub altero Christus est passus? Inter quod tempus
& Romuli aetatem incredibilior:que numero anno:rebus mutatio facta erat:
non que mediū Christus exiguū sit.Siquidē ex quo propter suā isolatā iā a seatu Ro-
manō ad capræ paludē disceptus est Romulus:usque dum propter pec-
cata nostra in iudeis in monte Calvario crucifixus est Christus.Paulo(nisi fal-
lor)plus minus ue septingentorum annorum tempus effluxit:quauis

EPISTOLARVM.

enim Cicerō minus sexcentis dixerit:non ad suam ibi:sed ad Africani & cæterorū respexit aeratem:quos in eo ipso libro rei.P. loqui facit.Et præterea inter Ciceronis cedē sub Antonio:& xp̄i passionem sub P̄lato:quantū uerisimilibus cōiecturis assequor:septuaginta:uel circiter annorum spatiū intercessit.Longius serebari:sed nuntius tuus scriben ti imminet:& singulos calami tractus notat.Morulasq; medias metitur:& crebro ostiū cæloq; respiciens suspirat.Misereor expertus:quid ē expectatio properanti animo.& ante destinatum:cogor ut dicā humilitatem ama.Vale.

Fran.Pet.socrati suo.S.P.D.Somponiū quod de inuento thesauro sōpnauerat his litteris illi narrat.

Esterne noctis sōnium referā tibi .uidebar mihi incertū unde.Nihil enim tale uel cogitare sum solitus uel loqui .Videbar iquā in agello meo quem ad fontem forgiæ habeo :thesaurum iueniisse:monetæ peruetustæ aureæ:nō mediocrem cumulū.una spatiabamur soli (ut noster ē mos).Te itaq; cōfestim euocans digito rem designio:ambos(ut fit) gaudiū stuporq; defixerat. Mihi quidē ut erā:nemini enim occurrebat illud Annei .Vitate quæcūq; uulgo placent:quæ tribuit casus:ad omne fortuitum bonū suspicioſi & pauidi subsistite:& fera & piscis spe aliqua oblectante decipitur.mūnera ista fortunæ quæ putatis:insidiæ sunt.de hoc ergo consultantes:parumper hesitauimus læti trepidiq;.Quid multa? Ultimæ insaniæ uiſum est:quod per terras ac maria tantis laboribus tantisq; piculis quæri solet id oblatū ultro cōtempnere.Mox certatim oneramur auro:domum clam taciti conuehimus.Abditis pro tépore quæ exportari uno fasce non poterant.hoc semel:hoc iterū & iterum facimus:& semp auidius. semp enim ut natura rerum habet:cū pecunia sollicitudo:cupidi tasq; crescebāt .Ferit aures intetim murmur iniuisum .secretū nostrum nulli licet creditū spotate sua in uulgu eruperat.Nec ita multo post nescio quis maior dominus locorum aderat:uendicās sibi iure thesaug:obnitimur.Hinc primū longa & inamoena colloquia:inde lis:minæq; & semper litibus iuncta conuitia .Illo acriter urgente:nobis indignantibus :in nostro reperta:nobis eripi propitiæ dona fortunæ.Mille subinde rerū motus:& mille consilia:nunc matura & cauta nūc temeraria & acerba :cū iam ad resistendū nos nō tā nostra cupiditas:quam iexorabilis aduersarii superba durities inflāmaret.Iā ab ocio ruris :ad urbana negotia:iam a studiis ad arma translati: nouis curarum turbinibus agebamur. Iam pro intentiōe perwigili & inquisitiōe pulcherrima nostrarum rerum pernox odiū:atq; ira successerant.postremo iam res a liti

Ea q̄ placent uitani da esse ex uerbis se necæ

Solicitu dinē cupi ditatemq; cū pecuni is crescere

gio ad bellū se uerterat. Ita mutatus animo & status: & sāpe reperti au-
 ri penitebat. phylosophabamur in insomnis. Vbi uitā serenā atq; tran-
 quillam linquimus? quis nobis has curarū superinduxit nubes? quis ī
 has procellas nos impegit? An ignorabamus in auro speciosā erumnā
 & splendidā esse miseriā? Necesitas cum diuiniis crescit: & fugit cum
 mediocritate fælicitas. occurrebat aceruatum exempla eorum qui uel
 in diuiniis infælices uel in paupertate fælicissimi fuissent. Spernebatur
 inutiles opes Cresi: & funestū Midæ aug: & Dyonisi Crassiq; spolia tē
 plis auulsa. Laudabatur Ciciani Reguli. Curii Fabritii: foelix & glorio
 sa pauperies. Accedebat acies hoīum nostrog: q nudi in solitudine: so-
 libusq; & frigoribus adusti: radicibus herbae & siluestribus baccis pa-
 sti: pro tecto coelū: terrā habētes pro cubiculo: cū uoluptate torréte tur-
 bidū hauserunt: asperoq; & angusto calle gradientes spe patriæ melio-
 ris: oīa protus mortalia cōtēpserunt. Cæte & quo plura huius generis
 īgerebatur exēpla: eo grauius dolebamus: ea nō uidisse nos in tpe: sed
 in tergo (ut aiunt) oculos habuisse. Deniq; sic eramus: ut iam ne cepto
 uellemus absistere solus credēdi pudor obsisteret. Et iam supræmi: cer-
 taminis instabat alea: cū repēte medio noctis ira metuq; anxius expgi-
 scor. gelidus sudor corpus oē pfuderat. Ita me diuinitas saluū uelit: ut
 ego pīnd fessus aī fessusq; mēbroq; erā ac si graue: durūq; negotiū: nō
 sōniās sed uigilās agitassē. Nec facile dici pōt: quā letus fui: ubi sēsi me
 thesauro simul & sollicitudine liberatū: & tātū habere: q̄tū alit: nō q̄tū:
 angit: q̄tūq; uitæ sufficit nō quātū affluit. quāq; p sōnū ī ea snia radi-
 catus sū: quā mihi uigilās psuadeo eē uerissimā. l. plus mali quā boni
 cupidis mortalibus afferre diuinitias. Surrexi demū hora solita (cōsuetu-
 dinē meā nosti). Dūq; quotidianis laudibus deo dictis: ex more manū
 calamo applicuissē. hoc primū qd̄ sōpitū exercuerat: se se obtulit expre-
 cto: huius ergo snia te participē facio: q particeps sōnii uidebaris. uale.
 Frā. Pet. Johā. tricastrino episcopo. S.P.D. Quod petierat: & qđ ipse
 pollicitus fuerat exequutioni se daturum dicit.

p Etitōis tuæ memor: pmissiq; mei nō oblitus. Italiā: siue (ne grā-
 matica lite iplicer: quā ī epistolis Cicerōi suo mouet atticus) in
 italiā uado. Scio qdē & memini: qd me d̄ ipsius Cicerōis libris
 ī ordinē redigēdis: & q̄rūdā (ut dicere soles) ueluti scintillae lumine d̄
 clarandis sāpe rogaueras. Demum quo ineluctabiles præceps es-
 sent: ut Romanus pontifex: qui seruoris tui conscius: hanc generosam
 bibliothecæ sue custodiam ita tibi credidit: ut olim nostri principes:
 Iulius Cæsar Marco Varroni: Cæsar; Augustus Pompeio Macro: & rex
 ægyptius Ptolemeus Phyladelphus. Demetrio phalerio commisissie
 noſcuntur. curam prorsus ingenio tuo dignā: ut Romanus. inquam

Erūnā au-
 ro inesse
 & miseriā

pontifex digredienti mihi suum hac in re modestissime indicaret animum: effecisti. Quid facerem notum licet ignoti poetæ carmē. est ora re ducū species uiolenta iubendi, & quasi nudato supplicat enīse potēs. parebo si potero. Nam & sibi parere necessariū & tibi placere delectabile. Cōtraq; præces tuas spernere durum illius iussa negligere: sacile gum. Totum in hoc uertitur. quam mihi in illis quos poscitis emendatis codicibus reperiendis fortuna fuerit. Nostī enim exptus saeculi nostri crimē quanta sit rerum talium penuria. cum tamen inutiles & supuacue: immo uero penitus dannosæ funestæq; diuitiae tantis curis ac laboribus aggregentur. Quod in me erit: studium indefessum: ac diligentiam adhibeo. Ac ne moram fortassis accuses scito me reparādis uiribus corporeis: quas morbus imminuit in solitudine mea ad somnem forgiæ usq; ad autumni temperiem subsedisse metuētem corpus adhuc inualidū: longe uiae cōmittere. tunc auctis uolente deo uiribus atq; æstibus imminutis iter arripiam. Interea utinam scire posses quāta cum uoluptate soliuagus: ac liber inter montes & nemora inter fontes & flumina inter libros & maximotum hominum ingenia respiro: quamq; me in ea quaē ante sunt cū apostolo extendens: & præterita obliui. ci nitor: & præsentia non uidere. Vale.

Franciscus Petrarcha Lælio suo. S.P.D. Negocium suū si poterit se expeditum dicit: paucaq; in fine de urbis Romæ dilaceratione conquæritur.

Vita scribere tempus dhortatur: somnus prohibet: noctem iam tertiam insomniē ago: neq; ueteribus curis liber: & op̄ præssus nouis: quas mihi profectio mea peperit multa in faciem & in tergum curanda denuntians. Cum ex equo despicerem omnia in animum iduxero (quod magna ex pte iam feci) tum priūm tranquillos sōnos carpere incipiam non aliter quam Eneas ille Vergilianus qui iam certus eundi carpebat sōnos rebus iā rite paratis. Aut enim fallor aut anceps & longa deliberatio plena molestiæ ac laboris est. Dubitandi exitus initiū est quietis. Dici nequit anxia mens & cōsultationibus uagis exercita quantum electione cōsiliī in unum ali quod uersa propositum cōquiescat. Tunc igitur ut occurret. Nunc se misopitus & uelut insōnis loquar. excusationem tuam quamuis super uacuam amplector: scio enim locorum distantiam ut amantibus odio sam sic honestis amicitiis non obesse. ubicunq; ergo erimus simul erimus. De negotio tuo faciam ut scribis: quod mihi scilicet fieri uellem: breuiter expedire: nil enim in me molestius experior quam uerbis trahi. hanc amicis sciens molestiam nunquam feci nec faciam quidē. Pla-

cebo si potero. Alioqui ne displiceam prouidebo. Versus tuos excita
to apud elicona nostru ingenio texerere meditabor: sed nescio quali
ter cedula tua: quam decies in manibus habui discedentem me sefe-
lit: & sine me domi substituit. quere eam ibi & post me mitte. licet & si
ne illa scire uidear quid dicturus sum: modo frondosi nemoris uspiā
diuerticulum occurrat. Tribunitiae litterae copiam quā mihi misisti: ui-
di: legi: stupui: quid respondeam non habeo. Fatum patriae agnosco
& quocūq; me uerto dolendi causas materiamq; reperio. Roma enim
lacerata: qualis italiae status? Italia deformata: qualis mea uita futura
est? In hoc publico & priuato merore: alii opes: uiires alii corporeas:
alii potentiam: alii consilium conferent. Ego quid conferre possim p-
ter lachrimas non video. Vale.

Fran. Pet. Socrati suo. S.P.D. Quam mediocritatis appetitu te
neatur hac epistola illi significat.

Vmmæ quidem rerum mear; quas spectate fidei tuæ credi-
di nihil detraho: nihil adiicio. Non tantum firmus: sed fi-
xus etiam in proposito meo sum cuius si meministi super-
vacuum est quicquid de hac re ulterius loquor. Ut tamē me
mei non immemorem scias: breuiter sic habe. Magnæ fortunæ ap-
petens: nūquam fui: siue id modesti: siue pusilli: siue (quod quibusdā
magnis uiris placet) magni animi est. uera quidē & uulgo etiam no-
ta cōmemoro: & quoq; te in primis testem habeo. & interdum lauda-
torem: Interdum uero pro qualitate tempore: amicissimum reprehen-
sorem. quod scilicet (ut uerbis tuis utar) cepto nimis insisterem: & ui-
dendum esset ne unde famā sumæ constantiæ quererem inde pertina-
ciæ nomē: infamiāq; cōsequerer. Me tamen cōsiliī mei hactenus non
poenitet. Ois enim mihi altitudo suspecta ē. & precipitii admonet ois
ascensus. Multoq; facilius natura duce in illoq; cōsortium declinarē:
qui (ut ait poeta) habitabant uallibus imis: quam eoq;: qui (ut ait idē)
posuere in montibus urbem. Quæ cum ita sint si optata mihi medio-
critas quā iure flaccus auream uocat (ut pridem promittebatur) obue-
nerit. est quod grata intentione suscipiā: & per liberaliter mecum agi-
dicam. Sin inuisum illud & graue maioris officii onus imponitur re-
nuo. exutio. Pauper esse malum quam sollicitus: quāuis ut res eūt: &
ut est aius pauper esse non possim. Haec & his similia quecunq; inter-
nos in hanc sententiam dici solent tu qui hosti optime: & amicis &
dominis: & dominorum domino: nota fac obsecro. cum tempus ui-
debitur: quāuis a me ipso nec occultata: nec tacita. sed sunt quidā qui
bus ut in animum penetret: sepe ueritas inculcanda est. quod eo nunc

EPISTOLARVM.

minus mirer: quod quicquid de me modo dicturus es: uideri scio & ab ætatis nostræ moribus & ab ipsa uulgi opinione remotius: cum quo mihi ut in multis: sic precipue in eo quod nunc agitur: discordia multa est. Sed incredibilitatem audientium: uigor animi: & facundia loquæ excutiet. Multu Socrati meo de re qualibet: sed multo plus auctoritatis ac fidei fuerit amico de secretis amici consiliis differenti: Multa quoq; de amici ore: quam de proprio fauorabilius audiuntur. Illud in fine ne dissimiles. ne quis forte de nostra simplicitate sibi placet. Non est uera liberalitas dura. non lenta: non difficultis. Nihil respicit: nisi quæ complexa est. Illi morigera est. non iubet illa sed obse: quitur. & implet uota non limitat. Scimus ergo: quia petenti modicu: immensa porrigit: species est negandi. Vale.

Fran. Pet. Nicolao urbis romæ Tribuno. S.P.D. Quod fama eius imminutam audierit indignatur.

Ecisti fateor: ut saepe per hoc tempus: illud apud Ciceronem
loquentis Africani dictu multa cum uoluptate repearem.
f Quis est hic qui complet aures meas tantus: & tā dulcis sonus? quid enim in tanta claritate tui nominis ad tam lætos & tā crebros regnū tuarū nuntios conuenientius diceretur? idq; quā cupidè fecerim incriptus tibi: exhortationum mearū liber indicat: stimulis meis: ac laudibus tuis plenus. Noli queso cōmitterere: ut dicā quis est hic: qui uulnerat aures meas tantus: & tam tristis fragor? Caeu obsecro speciosissimā fama tuarū frōte propriis manibus deformare. Nulli fas hoīum est: nisi tibi uni regnū tuarū fundamēta conuellere: tu potes euertere qui fundasti. Solet architectus esse optimus proprio opere demolitor nosti quibus tramitibus ad gloriā ascēdisti ueris retro ueftigiis inde descēditur: & natura facilior est descēsus. Latissime enī patet: neq; solum apud inferos locū habet (quod a poeta dicitur) Facilis rogo descē descensus auerni tātū ab illoq; despata miseria: presētis uitae uarietate: sū ex uerte differencemus: q; quā diu hic sumus cadimus quidē & resurgimus: degiliu erbis scandimus & ascēdimus. Inde autē nullus ē redditus. Quid uero demētius: quā cū stare possis: cadere fiducia reassurgēdi: sēp ex alto piculofior casus est: & quid oro te uirtute altius ac gloria: quaq; i uertice cōscēderas nostris tēporibus īaccesso: tāq; īpigre: & tā īsueto calle ad sūma pueras: ut haud sciā usquā formidolofior cui sit ruia. pedē singe re oportet obnoxius: ut eōsistat neq; spectaculū p̄beas: ridēdū hostibus lugēdū tuis. Nō q̄ritur gratis clārū nomē: nec seruatur quidē. Magnus labor ē Magnæ custodia fama: pmitte mihi meo uersiculo tecū uti q̄ adeo mihi placuit: ut eū ex quotidianis epistolis nō puduerit ad Africā transferre: & hāc mihi quoq; durissimā necessitatē exime: ne liricus

apparatus tuus laudū: i quo teste qdē hoc calamo multus erā: dñinere
cōgatur i satyrā. Neu me casu in hāc narrationē incidiisse: aut d' nihilo
locutū putes. E curia digressū amico & litteræ cōsecutæ sūt: i quibus
ad me re & tua & discolor: & primæ multū dissimilis fama puenit. Nō
te populū ut solebas. sed partē populi pessimā amare: illi obsequi: illā
amare: illā admirari. Quid dicā? nisi quod Ciceroni scribēs Brutus: pū
det cōditionis ac fortunæ. Mūdus ergo te uidebit de bonor: duce: sa
tellitē reprobor: Sie nobis subito turbata sūnt sidera: sic infēsa diui
nitas? Vbi nunc ille tuus salutaris genius. ubi (ut usitatius loquar) ille
bonor: ope & cōsultor spiritus: cum quo assidue colloqui putabaris?
Neq; enī aliter talia fieri posse p hoīem uidebātur. Quid autē torque
or: Ibunt res: qua sempiterna lex statuit: mutare ista nō possum: fugere
possū. Itaq; nō paꝝ mihi negotii temisisti: ad te aio properabam. flee
to iter. Certe te alter nō uidebo. Tu quoq; longū uale roma: si hæc ue
ra sunt. Indos ego potius aut garamātas petam. Sūt ne autē uera hæc
? O multum principio dissimilē finē. & o nimiū delicatas aures meas.
Assueuerant magnificis rumoribus: pati ista nō possunt. Sed & possunt
falsa esse quæ loquor: & falsa sint utinam: nūquam libentius errauerū
Magna quidē apud me est scribētis auctoritas: sed cognitæ mihi mul
tis inditiis: generosæ dicā: an aiosæ cuiusdā inuidiæ: nō parua suspitō
Igitur & si plura loqui: dolor iperet: frenabo tamen ipetum. quod p
fecto nō possē nisi quia sollicitudinē meā: icredulitate cōsolor. Secun
det hæc deus: & letiora faciat: quā narrātur. potiusq; me amico & alter
mēdacio: quā ipietate alter flagitioq; leserit. Si quidē cōsuetudie pes
sima effectū est ut mendaciū: iam quotidianū: & uulgare peccatum sit.
Proditorē patriæ: nullius eui licentia: nulla consuetudo: nulla libertas
criminū excusat. Potius ergo ille mētiēdo: paucos mili moestos dies
quā tu patriā deferēdo moestā omnem uitam feceris. ille si quid uer
bo deliquerit: uerbo purgabitur. Tuū si (qdī fīstū cupio) uerē scelus ē
quibus uñquā piaculis abolēdum sp̄eres? Immortale decus ē imorta
lis infamia. Quāobrē: si (quod op̄iari nequeo) tuā fortasse negligis: at
saltē famæ meæ cōsule. Scis quāta mihi ipēdeat procella: quāta si labi
cepis i caput meū reprehēsor: turba cōspiret Proīde dū tēpus ē (ut te
rētianus loquitur adolescens) etiā atq; ēt cogita. Circūspice oro sūmo
studio quid agas: excute acriter: te ipsum: examina tecum: nec te fallas:
qui sis: qui fueris: unde: quo ueneris: quo r̄sum inoffensa libertate pro
gredi fas sit. quā personā indueris: quod nomen assumpseris: quam
spem tui feceris: quid professus fueris. Videbis te non dominum
rei publice: sed ministrum. Vale.

Fra: P: I: o: a: retio. S: P: D: patriæ libertati honoriq; suo congratulatur

EPISTOLARVM:

Mnia optato proueniunt amice: gratulor ergo liberate patriæ: p̄cipū nostroꝝ gloriæ: trāglitati ciuiū: religiōis augmento: publicæ letitiæ: singulariter honori tuo: cuius māibus turbidæ hastenus & tenebrosæ urbi: blanda serenitatis: & pax predulcis iuehi tur. Votuo quoq; successui: familiariū reꝝ tuaꝝ gratulor. perrarꝝ ē ut Raro lœta leta cumulate accidunt: quin fortunæ dulcia semper imixtus aliquis oia sine in amaror inficiat. At si quando plene propitia esse uult ex amaritudine foelici ali reꝝ iþa dulcedinem insperatā miris modis nouit elicere. Sæpe igitur q̄ re euēire dura molliēs & inflectēs: quæ tristia uidebātur uertit i gaudiū. Vtēdū fortunæ muneribus non fidendum. Cærte hoc nunc artificio usa est. Itaq; quid uis dicā? nō tātum uotiuis euētibus sed casibus iþis nostris atq; difficultatibus gratulari incipio: uni scilicet motiunculae illi tui corporis qua ingens atq; animi multiplex letitia téperata est: & uiare meaꝝ impedimētis: multis ac uariis: quibus effectum spero: ut ambo simul in patriam reuertamur. Vale.

Fran. Pet. T.M.S.P. D. Cum eo apertas inimicitias gerēdas esse qui amicitiam pro iniuria reputet.

Aduerte e
legās pro
uerbium
quāuis a/
greste.

Greste puerbium: lectum cani sternitē magnus labor .dicti
ratio si queritur quia scilicet accubitus: huc atq; huc in gil
rum uertititur: ut nescias ubi puluinar colloces. Ludicra qui
dem cogitatio illius cui primum hoc diceat in aīum uenit:
& tamen sic est. Idemq; de multis hoībus dici potest: quod de cane di
ctum rides. Multi enim sunt: quibus nihil rite fiat. ita crebro uoluunt
tur ut quā in partē sint casuri: aut quid uelint seiri nequeat. Cum illis
placuisse credas nihil egeris. Ois labor: oē periit obsequium. si urba
nas illius offeras delicias: ruris frugalitatē laudent: si ex urbe deduxe
ris: frequētiā querāt: solitudinē execrentur. si colloquio ceperis: fastidi
ant: indignenturq; si taceas. Absētes desiderent. presentes despiciant
amicos: s̄epe etiam oderint: a talibus semp abesie cōsultius. Intelligis
quid uelim: & frustrā erit quicquid amplius dixero. Dico tamē nequa
dissimulationis occasio tuæ mansuetudini: meo silētio prebeat. Ut
quid operam perdis generose animæ? Longe tibi imparē atq; dissimi
lēm nactus. pedem retrabe ab incepto laborioso & inefficaci: reconcili
are illum tibi ne quicquā niteris. Inuito amicus esse non potes: formi
dabilis inimicus potes esse: quē nunc ille cōtemnit timere incipiet si
aperte incipias irasci: sentietq; quānam esset quem gratis ingrato ani
mo laceſſendum duxerit. Medicorum morem in hoc egro & infecto
homine sequere: oro te experire contraria. Mansuetudine irrita effi
cax forte feueritas fuerit. Odiumq; potentius amore: quem blandien

tem spernit: horrebit ex professo inimicitias exercentem. Moribus ad
uersum meis: sed consentaneum rebus consilium dedi. Quid enī illi
facias qui amore uocet iſidias: humanitatē putet eē formidinē? Vale

Fra. Pet. Iohanni Anchiseo. S.P.D. Quare potius cīsalpinam gal
liam quam florentiam petierit rationibus demonstrat.

I Itteræ tuæ plenæ gratissimis atq; dulcissimis reprehensioni
bus: inuenerunt me circa padi ripam. ix. kalendas Aprilis ad
uesperā. Conser aduentus diem cum illarē missione: & uide
si eo temporis spatio uenire debuissent ex egypto. uenerunt
cum eis & amicorē litteræ: & duo q; facie mihi non noto q; : sed utiq;
illustriū (ut dicas) luuenum: ut scripta testantur senum: quales utinam
multos haberet ciuitas uestra: si tamē non esset in exilium missura: i-
mo etiam si missura: quoq; dispersio reliquas saltē ciuitates italicas ad
ornaret. Sed omittero hāc inexhaustam semper: & ueterē quārelam: &
reuertor ad littteras. Oium fere una sententia est. Arguor post propo-
situm ueniendi florentiā: iter i Cīsalpinam galliam deflexisse: quasi
natalis patriæ contemptor & spes ac uota multo q; me illic expectatiū
elusisse. Possē ad hāc multifariā respōdere. & quid alioq; responsurus
sim litteris nedum scio. Respondebo tamē aliquid licet occupatissi-
mus. Rogas enī. Sequar ipetū: dum calamus erit in manib; ille mihi
quo se duci uelit: ostendet. Certe cum illis ut stilo scribentiū satisfiat
musa q; mihi presidio opus erit. Tibi autē cui sine ullo artificio aper-
ta & nuda omnia esse debent. Vnum hoc minime tacuerim: q; neq;
uiarē labor: heq; pestis anni huius uniuersum orbē: sed cuncta preserti
litora proterens: atq; cōsumēs: neq; animi mei dolor: neq; mala (nisi
fallor) & iniqua patriæ tractatio: me a suscep̄to itinere detorsisset: pre-
sertim cum maiore laboris parte confecta iam ianuam peruenissem:
Hāc igitur uerior: & potior causa fuit. q; secundum spē: quā mēte cō-
ceperā īmo uero (ut euentus docuit) somnia queram: sieri nō posse uide-
batur: quin aliquem tibi regē nostraq; letiorem exitum afferrē. Itaq;
dulce erat expectare: donec in locum spei res ipsa succederet. & iā nō
cūsū mō sed uolatū meditabar: uidebarq; mihi sine ullo laboris fēsu
alpes Bononiæ trāsitus. Apēnīnum uulgariter alpem dixi. Inde enī
improuisus licet nō iexpectatus tuis & amicorum oculis adesse decre-
uerā. Accedebat quod hinc potissime cepti operis adminicula spera-
bantur: quib; mota omniis inimica erat. Quippe cum nec celeritas
exacta sufficerit. Quid dicam? cito res solidas esse: spes inanes. Scio q;
qui spēm perdit: nihil perdit: minus dixi. multum uero lucratur: & ta-

me exptus loquor: ut nulla minor iactura quā spei: sic nulla molestior
causa est: quia sēpe pluris fiunt sperata: quā possessa. & sēpe quātum
nos spes regē blanda fefellerit: adipiscendo cognoscimus. Hinc est ut
quotiēs ante expimētū spes iterit: graui nos icōmodo affectos exti-
memus: preuertit ergo cōsiliū meū deus: & curas quas pias arbitrabat
supuacuas declarauit: ut uel sic edoctus agnoscere cogitationes homi
nū uanas esse. & de hoc quidē hactenus. Sup negocio litis nostrae nil
aliud dico. Res ī curia uertitur. Spo fore ut illius p̄donis ifsidie detegā-
tur. In oēs tamē casus patus est aius. Victor gaudebo: uictus uicta cum
iustitia me solabor. Nō nunc primū fortunæ ludis exerceor: didici qui
bus artibus caducæ spei uulnus eluditur. Eāt igitur res ut cūq; modo
ego nō mouear: neq; hercle quo moueri debeā intelligo. Nēpe equo
aīo possū uel asseq qd meū ē: uel dimittere quod nūquā assequi potui.

Divitiæ Compēdiaria ad diuitias philosophiæ uia est: q mōstrat nō addēdū
via secūdū diuitiis sed cupiditatibus detrahendum. hāc sequi disposui ne ī illud
philoso / duē: ac laboriosū negotiō & iextricabiliū iter icidā. a quo me deus: &
ipsa naturæ meæ cōditio manu(ut ita dixerī) retraxerūt. De hīte igitur
sit quicquid esse pōrest. mihi paupertas mea nō molesta: nec sordida: ed
plus etiā quā uelle inuidiosa sufficiet: cum qua si bene mihi conuenit
(ut uidetur Senecæ) diues sum: Vale:

Fra. Pet. Io. anchiseo. S.P.D. Cōgratulatur de aduētāte amico.

Redi nō posset: quātū mihi curaē dcesserit: quātū ueletitiæ
accesserit: recēti quodā nuntio: qd tecū: quātū multa loqui
lōcū tēpusq; phibeat: partiri quātalibet breuitate disposui.
Frāciscū nostre aduētare audio. & iā esse Massiliæ. Multis q;
dē iactatū casibus: & terrestribus maritimisq; piculis saluum tamen:
& ad me primum ille nunc recto(ut aiunt) calle festinat. & de uia (ut
certus sum) plixitate cōqueritur. sēpe Vergilianum illud ī ore habēs
Italiā sequimur fugiētē: & uoluimur undis. nec īmerito. putabat enim
me ī gallia repite. sed illā curiæ sentinā tolerale nequiuera. Proximus
illi saltus in patriā: tui eum defiderio ardere certe scio: sed mihi crede
qd nō scriberē si propositū meum puertere posses ulla puidētia: crede

Fortunā iquā mihi de cōsiliis hoium fortuna iudicat. Inter cogitatus atq; actus
de cōsiliis magnus quidā(ut uulgo dicitur) mōs est. Quādo hic erit quē iā iā affu-
hoium iu tuē spo: iniiciā manus. Impiosa res est amor: Nihil nō licere sibi existi-
dicare. mat: uidebor iure meo uti si quasi reiūētum thesaurum domi recondi-
dero curamque sumpsero ne tā facile rursus eo careā. Id tibi p̄nuntia-
tum ueli: quo patientius feras: cum acciderit. Neque enī ut aduentus

sui famam tecum modo partitus sum: sic ipsum quoq; partiar amicū. Multo rarer multoq; preciosior res est amicitia: quam aug. In qua si quid audius egero excuset ut cūq; possessæ rei pretium duritatem possessoris. Ego quidem te consortem nō reiicio: ita tamen ut presen tem partiamur. Ut partem igitur tuam feras imo uero ut pro uno du os habeas: uenire te amor agat. Vale.

Fra.Pet.Io.anchiseo.S.P.D.Deflet Fracisci amici imaturam mortem

Eu quid hoc est? quid audio? O spes mortaliū fallax: O cu Nihil mor
h rae supuacuæ. O labilis status: nihil hoī trāquillum nihil sta talibus tu
bile: nihil tutum: hinc fortunæ uis: hinc mortis iſidiæ: hic fu tum esſe:
gacis mundi blanditiæ: uide circūuallamur miseri: & in
ter tot laqueos spōdere nobis iocundū aliquid andemus? totiens fru
strati: totiēs ludibrio habiti: sperandi cōsuetudinē & millies elusā cre
dulitatem nescimus exuere: tanta foelicitatis (licet falsæ) dulcedo est.
Heu demens: heu cece: regre que oblite tuae quotiēs mecum dixi. Vide
hic: nota: attēde: subsistē: recognita: ipr me signum s xum: mansuē: ide
lebile. Memento fraudis huius & illius. Nihil unquam speraueris: ni
hil credideris fortūæ. mēdax ē: uaria: leuis: ifida: pōra eius blāda & mi
tia: Posteriora acerbissima: Nostri iam hoc ferale prodigium: exptus a
nemine iam docendus: tuis igitur exemplis tibi consule: & ullū cum
hac inire cōmertiū caueto: æque promittentē ac negantē de pice: &
que rapientem largientemque cōtēne: Hoc decreuerā: hoc mente
firmaueram: at post tam uirile propositū: ecce rursus: quam muliebri
ter: quam iepte decidi: ridicule dixerit: an uero flebiliter? ridicule
aliis fortasse: mihi quidē prorsus miserabiliter: ac miserrime Post tot
regre speratae inopinos casus induxi i aīum sperare itegre: atq; huic mo
mētaneo & uelut hyberine serenæ noctis credere & ex euentu cra
stini pendere precepit. temerarius: inconfultus: interblādiri curis mor
dacibus ausus fū. Ecce iā dilectus meus aderit: Franciscus meus nō mi
nus mihi iūctus uolūtate quā noīe non minus amore quā sanguine:
Ecce aderit & forte iā adeſt: tā uehemēti enī meditatiōe i eū icubuerā
ut ſēpe uelut ante oculos aspicerē tāto maris ac terraꝝ ſpatio distatē
& heu nūquā āplius i huius mihi pegratiōis exilio reuidēdū Sed ego
iure quodā meo (qd̄ amatiū oīum ē cōe) ſūtis cōgressibus atq; collo
q̄is iūſe moras folabat q̄bētia: meq; ipsū (ut fit) qd̄a cū uoluptate fal
lebā. Quotiens aliquis ex pueris meis qbus ille ſe fecerat multa mo
ſtiauitate cariſſimū ad me aliqd nūtiaturus itrauerat: ita erā q̄fi ille iā

EPISTOLARVM:

afforet. Quotiesq; squā fores ipulerat fluctuabā: & pastoriū illud in pri
mis: occurrebat aui mo. Nescio quis certeē. & Hylas ī limie latrat. Cre
dimus: an qui amāt ipsi sibi somnia singūt? haec miser amās sūpnia si
gebam. his angebar curis: his estuabam sollicitudinibus: pascebarq; te
nui quadam spe: non aliter quā opimis per quietē dapibus. sopitus e
suriens: & latratus canū: & seruoꝝ uocēs: & moti stridor cardinis & pa
uimentū proterens: unguila cornipedis & oīs oīo strepitus excitabat:
quotiens uel libellos: quibus inhiabam: uel cui inherebā: calamū festi
nabundus abieci. quotiens surrexi. quotiens profliui uidendi audius
tenendiq; dilectū meū & curaꝝ mearum predulcissimū participē: neq;
fratrē solū (ut Tullii quibus hoc loco possum proprie uerbis utar) sed
suauitate fratrē ppe equalē. obsequio siliū: cōsilio parētē: quē nescio
an nimis sero cognouerī: an uerius nimis cito: nisi enī amare hoiem
cepisse: nequaquā morte eius ī has lachrimas icidissē. Biēnio uix itē
gro illius cōuictu: & amicitia fretus sū: tēpus heu uix alloquii: ne dicā
amicitiæ satis patēs. sed hoc uno solor orbitatē mcā: q; abo certati illi
us tēporis breuitatē ardētissima hic illīc caritate laxauimus. & qcqd in
amicitia dulce uel sāctū est (qd ī spatio eo alii solēt) nos explicui
mus ī angusto: ut iā delectatio nostra diuturnior: amicitiæ uero fides
certe neq; sincerior: neq; familiaritas arctior esse posset. Inuidit gu
statā mihi uita dulcedinē fortuna. Plurima & magna fidei suā pigno
ra: sanus ægerq; suscepī: quae in aī mei penetralibus adamantina sede
recōtidi. spero itidē de me ille sentiret. eoꝝ propensiū: quo & huma
niorem illum & amantiorem natura protulerat. Nunc aut̄ illius tem
poris memoria: & amara mihi simul & dulcis est. hinc mulcet. hic cru
ciat. nec satis expedio malim ne fuisse illi hoī notus an incognitus.
Amicū enim talē: felix & dulce quidē habuisse. sed amisisse miserrimū
atq; amarissimū. Nūquā fere alias me ipsum ut nunc excusserā: qd nō
sine pudore fateor. & affectuū in me plus: & uiriū minus quā opina
bar inuenio. Putabam enī & dignū erat multa lectione longaꝝ rerum
experiencia obduruisse aduerlus omnes ictus: & iniurias fortunæ. fal
lebar infelix. nihil me mollius. nihil emeruatius. Putabam: īmo equidē
certus eram me Franciscum meum amare tenerime. hoc enim illius
erga me caritas & obsequia merebantur. Quantū tamē amauerī. Heu
sero: nec aliter quā pdēdo cognoui. Ideoꝝ nunc intractabilius ulce
rosa mens dolet: plus se cernens amisisse qua crederet. Qua in re nihil
mihi magis obfuit quā ip̄meditatio eius qd euenire necesse erat: nō
cogitauerā morituꝝ. Et profecto si quis in hoc torrente reꝝ humana
rū ordo esset: ante me mori non debuit post me natus. Accessit seruēs
atq; anxia eius expectatio de qua multa iam dixi. Sic enim ipse mihi
supremo lachrimans digressu: sic deinde per litteras pollicitus. Sic Sō

erates meus non futuræ iam sed presentem eius nuntiauerat aduentū:
 digressum ex gallia recto ad me tramite in italiā properare. Heu mihi
 nunc recolo: uelut adhuc felix atque itege proximā abscissionē: & in
 stantes miserias presagirē. meque confessi scirē optima mei ipsius par
 te caritū: breuissimā felicitatem meā nitebar extēdere: quid fata me
 cū agerent ignorās. Veniet dicebam: prius me quā grandeū patrem:
 quā dulces fratres: ac sorores uisere. In iiciā manus: ac tenebo: nec ma
 gnis uitibus opus erit. Opitulatorem ex aduerso iueniā. Amor qui cū
 illo habitat partes mecū faciet. Iā ille crebro mihi dicere consueuerat.
 horatianū illud. tecum uiuere amē: tecum obeā libēs. Sed ecce manus
 quās ego sibi iniicere cogitabā mors iiecit. & (qd ad te pridie breui q
 dam epistolā dixerā: de cōsiliis hojum iudicare fortunam) lōge aliter
 atque ego fetiserā: interpretata ē. Nūc erepta spe. geminatoq; deside
 rio: quid agā? lachrimis ne atq; suspiriis alar: & in amissi locū merorē
 meum inde sinēter aplectar? An uero serenare aiūm nitar: & circūstre
 pentibus fortunæ minis in arcem rationis euadere? hoe p̄stat illud pla
 cet. hīc uirtus erigit. hīc affectus icuruāt. & quo me uertā quid ue potis
 simū sequar icertus sum & male mihi est s̄epissime cadēti: sepissime
 resurgentī. Saona nocens atq; ipia q; me his axietatibus iuoluisti. quid
 tibi p̄ meritis iprecer? Abstulisti aīæ meæ dimidiū: ac florentissima æ
 tate crescente que iuuēt uirtute: dum adhuc ordiretur: inexorabiliter
 succidisti: & nunc illi pectori: i quo Franciscus meus hospitabatur: uio
 lenter icubis. Ipse enī abiit: te licet iuita. Nihil i illum iuris habes cor
 pus tātū illius & spē meam simul obruis: p̄ quo quid aliud optē tibi?
 Curuati i arcū colles extendātur: ut i faciē directi & i portuosi litoris re Saone ^{c. 20}
 dacta iniquā p̄beas classibus statōnē. Corruāt moenia: & māu facta p̄ ecratio
 fidia: q uētis ac fluctibus obiecisti. Huc uis sertiū. & euripi seruor. Huc
 scillea rabies: huc caribdis ipetus: & quecūque uasti maris picula trās
 ferātur. Laxet Eolus i quietos fratres: Austr& & reliquos: qui tuis finibus
 iisultare sunt soliti: ut toto orbe tranquilio: te unā ppetuæ quatiāt, pcel
 lae. Quicquid uel mortiū: uel morbor̄ p oēs terras: ac maria pestifer
 hic annus effudit: i te solā cōfluat: queq; aliis ānuatī: tibi pestis æterna
 sit. Purgetur insula Sardiniae & quicquid cæli crassioris usquā est. Pur
 gentur stagia: & sulphurei lacus: limosæq; poenitus paludes. Tepescat
 arctos. refrigeretur ethiopia. uacuetur serpentibus suis Africa. Tigtī.
 bus hircania. quicquid monstro& & immaniū belua& orbis habet. in
 te ex omni terræ parte conueniat. In te tristes nebulæ. In te latices fu
 nesti: & inclementes auræ. In te frigora: æstusq; deseuiant. Deniq; cum
 suma hūani generis salute: tu sola depeas. tu locus mortis. tu formidi
 nis: ac terro& regio. tu luctus: ac miseriae domus esto: te peregrinus te
 mercator: postremo te ciues tui fugiat: te uiator pallidus e summis

EPISTOLARVM.

mōtiū despiciat iugis.te tauta trepidus ex alto pspectet:& ifamē sco-
pulū declinās:opē uelox remis adiiciat. Heu quo me dolor ppulit:
quid loquor? aut ubi sum? mortalia mortalis tā grauiter fleo. & isōtē
terrā:q̄ suū ius recipit execrō? incertus ubinā ipse moriturus :atque
hunc puluerē terrae redditurus sim. Itaq̄ iā lamētis & gemitibus absti-
nēdū est.& pro statre premisso:dū supsumus orādū.Id potius uiros d-
cet. Tibi uero ciuitas pulcherrima:quæ depositū meū seruas ad me tā
dē reuersus gratiā habeo:q̄ in terra forlān barbarica iaciturḡ ipsa com-
plexeris. Vitæ quidē breuitas fatalis fuerat:tuū est quod amico meo
iuuenū licet: seffio tamē iā cura: contigit italicī saltem requies sepul-
chri:leue solamē:sed multis iam uiris illustribus optatū. Te ni mihi ha-
ctenus ut cupide uiderē ipse terræ situs amoenitasq; prestabant. De
inceps carissimi mihi cineris seruaticē amara quadā dulcedine mul-
to libentius uidebo. Si enim amantissime oli cōiugi P̄opeii sui mors
& trūcū ipie cadauer harenas niliacas cōmendabat usq; adeo:ut ide
nollet auelli.cur nō ego dilecti mei ppetuā sedē:litus italicū amabo?
Salue tellus egredia:fraterna: reliquia: custos fidelissima:tu me lar-
gius flerē:tu parcius spare docuisti. Tu autē ante tēpus erepte mihi fra-
ter qui hæc i me lamēta precipitas eternū uale. Ego qdē ex te gaudiū
ac solamē quod in his quibus assidue morimur terris expectabā:ubi
neq; gaudii neq; solatii locus est:multo certius prestante deo:multoq;
cumulatius:deinceps in terra iuuentiū expecto. Sed ecce nūc experior
quod apud statū legi :dulce loqui miseriis.profecto sic ē: quā nulta
enī nō sentiens ipetu magis quā aī iudicio dolenter effudi nec loqué-
do sator sed accēdor:nec desinere quidē scio. Abrūpā igitur. Vale.

Fran.Pet.lo. Colunæ Car.S.P.D.Consolatur eū forti ut animo
ferat fratribus & nepotum obitum.

Atebor ingenue.& si enī soluēdo nō sim,bōe fidei debitor
sum:fatebor tibi me oīa deberē īgeniū scilicet & corpuscu-
lum hoc quod peregrinus ihabito.& si quid externo: obti-
git bono: Neq; enī minus aula tua aio meo cōtulit:quam
corpori quā fortunis. Sub te nutritus a iuuentute mea : sub te auctus:
atq; eruditus sū. quātū uel intercurrētiū casuū malignitas:uel ingenii
mediocritas passa est. Vt ex merito tenear & hūc calamū:& hāc dexte-
rā:& hoc quātulūcūq; est aī lumē:ad aī tui solamē refrigeriūq; cōuer-
tere. Id me i aliis malis nostris pro uiribus obseruasse memini:nec tu
reor oblitus es. In hoc uero tā graui:tāq; intractabili:& funesto nulne-
re quod nobis nōdū fletibus nostris fatiata mors itulit:quid agerē:
quid loquerer:uel oīo quid hiscerē:nō inueni. Corruī miser ad primā
rei famā & uelut repētino fulminis fragore dirigi. Deinde ubi primū
sparsa rationis arma colligere:& prostratū ac iacētē aīum attollere pos-
se coepi litteras infoelicissimi rumoris:quē prius ab egregio uiro pa-

ganino mediolanensi: qui hāc urbē regit: dolenter narrāte: moestus au-
dierā poposci. & ostensas nō sine lachrimis legi. Eniuero illic abagi-
bus pplexa oīa: & nil poenitus certū legebattur. Ab urbe ueteri fama
surrexerat .mox perlata florentiā:& per quorūdā religiosoꝝ litteras
Apéninū trāsgressa: Bononiā primo: ide ad nos sp(ut fit) crescēdo ac
tariādo puenerat. In re igitur dubia (quia natura hoc habet ut audita
q̄ displícet uix totis p̄cordiis admittatur) malui mihi iteri foelicia
promittere. Sic egra mens ad melioris spei dulcedinē recurrebat. ea
tamē euanida & uelut sōniantis miseri fugitiua foelicitas erat. Quid
multa: quāuis assidue supuētu nouoꝝ nūtioꝝ spes illa decresceret. ni
hil tamē prius plane cōpertū sc̄iui quam ad me Socratis nostri lachri-
mabiles litteræ puenirēt. Ita miꝝ tiberinas erūnas ex alio orbe mihi
Rhodanus nuntiauit. Ille uero mihi littere ancipitis spei refugiū pre-
cluserūt quo effectū est: ut id modicū intellectus unde nō nūquā aī
medelā mihi atque aliis elicui. Fletus & q̄stuū pōdus oppimeret. Nō
cessi tamē: nec cessauī. quotiēs assurgere nīsus scribere aliquid uolui?
quotiēs libellos euolui? rubiginē igenii tabescētis absterti: & in inti-
mas memoriae meae cellulas moestus scrutator introii. Deniq̄ oīa fe-
ci i cassū tamē. Venerūt ad manus meas epistolæ qdā: q̄s uisitāte nos
sæpius fortuna p̄ hos ānos utroque stilo ad te miscrā. In quibus nihil
oīo meis ne dicā tuis angoribus: nō solū curādis: sed etiā leniendis fa-
tis efficax uisū ē. & pudebat totiē uulgata repetere. Noua autē cudere
exhausto i primis igenio nō ualebā. ordiri tamē & tētare nō destiti si
forte supra spē orsa succederēt. Possē tria uel quattuor litteræ osten-
tare primordia: diuerso carāctere: modis que fere oībus quibus p̄ uari-
etate reḡ: grauidæ mētis affectus: cōceptusq; parturio. Sane quātū mi-
hi illa placuerit cōditor idē & castigator calamus trāsuerso liturarum
uulnere idicat. His ego difficultatibus iplicitus silere firmauerā: & pre-
sentē gemitū xpo cōsolatori optino solādū finiēdūque cōmittere:
Hæc p̄ excusatiōe silētii mei dixerī. Et nūc quod te post tātū tēpus
alloquor nō mutati p̄positi: sed i spati gaudii est. qd̄ pectori meo nup-
obstinatus dolēti & (qui miseris mos est) merorē ppriū amāti eiusdē
Socratis recētores iuexerūt litteræ. quibus aī tui inter tot fortunæ im-
petus inconcussam magnitudinem eminentiamque perdidici. & qui
dolorem meum tacitus tuleram superadueniens gaudium ferre non
potui quo minus pias simul i lachrias & i uerba prūperē. qd̄ me friuo-
lis neqcj tētare sermūculis pudor & dolor & reuerētia uetuerāt & id
ab illo celesti artifice factū uidens cui cū p̄ aliis multis tū p̄ hoc p̄cipue
grās agere dignū ē: q̄ tibi tot reḡ bellis exercito fortitudinē tribuit: &
cōstātiam exēplarē. Itaq; decus meū: & iā quasi sola spei mee & mul-
toꝝ anchora cōposito tādē statu fatigati pectoris: & sedatis ibribus

IV EPISTOLARVM

lachrimarū: qui ubi uehemētius īgruerint: serenitatē mētis offuscant:
 & cōspectū p̄ tripiūt ueritatis: qd aliud suadeā: qd ue aliud rogē: n̄ si iſi
 stēdū cepto: & iuicto aio fortunæ minacis iſultibus occurrēdū: respici
 endum sobriæ ad naturæ nostræ uiolentas ac supbas leges: quid su
 mus: ubi sumus: quādiu uel hoc ipsum: uel hic futuri sumus. Vnde fu
 nē folui mus: quem petimus portū: quos inter scopulos nauigamus:
 quantum maris emeſi sumus. quantulum est quod restat: quantum
 sub fine periculum. quā multi p tumidum equor in columnes: in fauci
 bus portus: & in litore perierunt. Postremo quam graue iugum super
 filios Adā. non ut sup colla boū alternis horis ac diebus. sed prorsus
 oībus nulla est immunitas: nulla quies. a die exitus de uentre matris
 eoꝝ (ut scriptum est) usq; in diē sepulturæ: ac redditus ī matrem oīum:
 Hoc nos oēs: non magis graui quā continuo iugo premimur morta
 les: quod non genus: non forma: nō diuitiæ: nō ingenium: non facun
 dia: nō uires excutiunt. non arma: non satellites. nō amici: non deniq;
 legiones & classes & exercitus sed patientia: longanimitas: constātia:
 Cogitandum quid non liceat fortunæ in eos dico: qui caduca & fuga
 cia ista cōplexi: sese illius iperio submisserunt. Reliquos enim territat
 quidem: urget & uellicat: sed nō sternit: Reuocanda sub oculis oīs æui
 exempla. Quas seu prepotentium populoꝝ opes effuderit: seu super
 illustrium regum regna calauerit. seu quid usquā ab origine mundi
 intactum furibunda reliquerit. Non uacat historias evoluerē (quod in
 aliis cōsolatoriis epistolis ad te feci) & quecūq; possem studio cōqui
 rere: nota sunt tibi. Non demisse neq; muliebriter agam. Non enim
 uel feminam alloquor uel pueꝝ uel unum aliquē e plebe multiuola:
 sed uir̄ fortem: & natura semp excelsum: nunc ut spero fortiorem so
 lito & ipsis calamitatibus altiorē. Viꝝ crebris signatū fortunæ uul
 neribus. Duratoꝝ iam uitutis callo: minas illius & prælia cōtemnen
 tem. Non itaq; delinimenta blanditiar̄ asperitatibus tantis interserā
 neq; ingerā spē nepotum: quāuis & illa deo casus nostros miserante
 non desit. Te ipsum tibi ostendam. Orabo luctus tuos numerare. ia
 sturas extimare. desine ī ea q̄ restat: lumia iā tersa cōuerte. Circūspice
 familiæ tuæ statū. Colūnēsiū domus solito pauciores habeat colūnas
 quid ad rē modo fundamētu stabile solidūq; pmaneat. Vnus erat Iu
 lius Cæsar. Fratrē nō habuit: nec filios: & patris nomē occultū ē: quid
 tamen unus egerit norūt oēs. psuade tibi q̄so (qd uerissimum ē) quo
 plus seuuit eo minus metuēdā eē fortunā. qd potuit fecit. breui tēpore
 & fratres tibi & nepotes: & p̄p̄icos abstulit. floretissimāq; p̄sapiā re
 degit ad paucos. Securus: generoseq; plenus cōtūaciē illā ītuere: p̄ter
 magnanimū genitorē ppe iā nihil ē ī q̄ arietare possit. Et illi qdē ut
 huāni nih̄ uq̄ itoleradū fuit. sic nihil diceps ītēpestiuū acidet. mortalis

æui metas:longe post tergum liquit. Quem uero senum mihi dabis qui tot uitæ annos numeret:quot hic noster felicitatis & gloriæ numerat? Oium pfecto fortunatissimus:quos nostra ætas habuit si aliquo citius abiisset. Cæterum sollicitudo:ac metus non nisi expectatis aī esse solet. Qui iam suum recepit:in tuto est. Quantum uero solatiū fortitudo tua sibi tribuet inter seniles angustias quibus eū sub uitæ finē ferox implicuit fortuna:& unde illum explicate:nō nisi uel propria uel superstitis filii uirtus potest. Hæc & his similia presentis mali remedia tibi sunt:reliqua enim quæ remedia uidentur stimuli sunt. nō leniunt sed acerbant.mors nec lachrimis redimitur.nec lamentis uiuicitur.uitari non potest:spem potest.Hæc insuperabilis & ineuitabilis mali huius uictoria sola est. Pluribus agerem nisi sciré q̄ erestus & sui memor aīus loquaci cōsolatore non eget. Deiectū uero & pprie nobilitatis oblitū uerba nō erigūt. Perge modo quā copisti & bona fide quod monstras exterius:intus age.ne forte sub tranquilla fronte turbida mēs lateat:quod periculosisimū multis fuit.dū dissimulatis ulceribus:in publico uelut laeti:in cubilibus suis moesti latenti merore tabuerunt. Parē fani capitū & in pernitiē propriam laborantis est ista cālliditas:egritudinem profiteri:& palam flere securi us est. Deniq; quod sāpe dixisse memor sum & dicendum sāpius existimo.Alto loco situs es unde aspectū & iudicia sermonesq; hūm effugere non potes:quo accuratius tibi decoris:ac famæ studium esse debet. Inter multas quidē iurias:unū hoc de te bene meruit fortuna magnā laudis obtulit materiam:habent qui nobiscum uiuunt.habebunt qui nascentur pōstea quid in te suspiciāt:quod laudent. quod efferant.quod mirentur in fractum malis aī robur & generosā uere romani spiritus maiestatem. Vale.

Fran.Pet.Bruno Florentino. S.P.D. Amātū ceca esse iudicia.

Olu:seu solis comitatū curis epistola tua me reppit: laudū meāg; onusta p̄coniis.& quāquā testis abforet:erubui tamē iterlegēdū fateor:quia uero non propriū aut alterius:non a mantis:sed illius amicissimi senis testimoniū secuta ī eā narrationē uenerat:minus attulit negotii.Illud enī oibus:q̄ uel dicta sūt uel in eadē sententiā dici possunt respōdisse suffecerit:solere amātū ceca esse iudicia.Hinc & apud Flaccum. Balbinus agne polipo delectatur:& apud uulgas amatoria fabella est eius qui monoculæ mulieris amore correptus a parētibus tādē morbo cōsulētibus ī alias oras missus & post aliquot annos amore deposito in pattiam reuersus forte illi quam uehementer amauerat obuius ac repente tristi concitus spec

EPISTOLARVM:

taculo quesivit: quoniam illa casu oculum amisisset. Minime inquit illa oculum amisi: sed tu oculos inuenisti. Grauius quidem ac pclare. Sed ne plura. Si quis usquam est amans: senex noster est amantissimus suorum. In reliquis igitur deinceps (si quid mihi fidei est) sibi non ut dodoneo: ioui: uel delphico apollini: sed ut uiro unice ueridico adhibe aures animique. Quotiens ad me quem paternae amat eius mellifluus: & sua uis sermo descenderit parcus crede nisi forte (quod nescio an in sapientem cadat) errare non nunquam & decipi dulce est. Sane carmen egregium quod insertum erat epistola sine responso mansisset: tacita mei pectoris admiratione contentum: nisi obstatisset ingenii tui meritum in tanta presertim vulgaris ignorantiae nube radiantis. Accipies igitur seorsum & qualecumque est boni consules carmen breve quod in lacrimosa materia occupato nunc animo uix extorsi non tam ut id responsum esset quam ne nihil.

Vale. Fran. Pet. Luchino Vicecomiti Mediolanensi. S.P.D. Accusat nostri temporis principum ignorantiem: simulque eos maiores nostros qui & uirtute & litteris claruerunt extollit.

Vales speraueram: imo quidem quales nec speraueram: litteras tuas legi. Gratulor iter excellentiā tuā: & humilitate meā: hoc saltē interuenisse cōmeritū: talēque mihi ad notitiā tui aditū apuisse fortunā. In eo sane quidem litteras ipsas ultima pars iubet diligētiā meā cura non deerit. eoque prōptius enitar: quo plus delectatōis labor afferet. dū hortulanus herbis & arboribus: ego uerbis & carminibus īcūbā: iuitate riui murmure: qui. quærulus fugit & dextra leuaque pminētē pomiserā siluā secat: cuius studii primitias iam nūc degustabis: & si fortasse aiū altissimis itētū curis ista non tagat (ut tēpō rū mos ē) Scio tamen illos tamē magnos reges dominos: Iuliū & Augustū Cæsares: saepe a rei publicae negotiis bellorumque laboribus: i nostri tranquillitate ocii quieuisse: & rigentes gladiis dexteras ab hostibus ferendis: ad sillabas numerandas: ac uoces aduersis agminibus intonare: interque tubas clāgorē: & militare strepitū exaudiri solitas: ad pierii modulaminis dulcedinē trāstulisse. Neronē transgeo: ne pclarū studiū gloriosaque: noīe illius mortis cōmemoratiōe cōmaculē. Quā deditū missis Hadrianū credimus? cuius itētio tamē uehemēs fuit ut ne uicia quidem morte lētesceret. Prorsus mihi dictu sub extremū uitiae spiritū dā aīae discessu: uersiculos edidit. quos isererē: nisi quia uel tibi uel tuo aīae alicui notos esse cōfido. Quid marcū Antoniū loquar qui cū non abitōe: sed meritis ad ipiū ascēdisset. Vetus philosophiae cognomē tenuit: nouū

spreuit: aliquanto maius extimans: philosophū esse quā p̄cipē. huius generis exēploꝝ copia īgēs ē. uixq; aliq; p̄cipū sine hac litteraꝝ supelleſtili ſe p̄cipē imo uero ſe hoiem eē cēſebat. Sed mutata ſūt tépo ra. Reges terre bellū litteris idixerūt: atq; credo & gēmas atramētis ī quinare metuūt: aiūm ignorātia cecū ac ſordidū habere nō metuunt. Sed grauis & piculosa materia ē uiuū potētē uerbis offendere: nec ad offensionē lōgo ſermōe opus ē. Quisquis male uiuit nuda leditur ue ritate. Mortui autē ſecurius rephēduntur. Nulli grauis ē pcuſſius Achil les(ut ait Satiricus) Itaq; hostes litteraꝝ reges nostri téporis: nō noīa re cōſiliū ē. nō ē enī tutū ī eum ſcribere qui potest pſcribere(ut ait Afilius pollio egregius orator: ī Cæſarē Auguſtū iocās) Cuius ego nūc exēplo ſuppreſſis reorū noībus: accusationē publicā pegero . ppe enī oēs idē error agit: & cum nullus eos quos ſupra rettuli litteraꝝ amicos p̄cipes fequi uelit: certati licinium Cæſarē imitantur: qui rufica naꝝ uir originis ita litteras oderat: ut eas uirus ac pēte publicam appellaſret. Vox nō quidē impatore digna: ſed rufico. At nō ſic mar̄ius & ipſe quoq; ruficanus uir: ſed(ut ait Cicero) uere uir: quē licet uel occupatio uel natura litteraꝝ ad ſtudia tardiorē faceret: litteratos tamē hoies amabat p̄cipue poetas quoꝝ ſparēt igenio ſuaꝝ reꝝ geſtaꝝ: gloriā ce lebrari poſſe: & ni miꝝ quis ē hoium: niſi ſit idē p̄ſuſ agreſti duriſiae qui & ſi nō ualde litteris delectetur: claraꝝ ſaltē nō cupiat nomē qđ pſe t̄o ſicut ſine uirtute nō qritur: ſic ſine litteris nō ſeruatur. Fluxa eſt ho minū memoria: picturæ labiles: caducæ ſtatuaꝝ. Interq; mortalium in uēta nihil litteris ſtabilius: quisquis illas nō metuit: oportet ut diligat: Oioq; ueꝝ ē illđ claudiani. Gaudet enī uirtus ſibi teſtes iūgere cauſas. Carmē amat quisquis carmine digna facit. Noſtri uero qui nihil: niſi ſatirico carmine dignū gerunt: qſ metuunt litteras oderunt: itaq; cū licinio ſētiunt oēs: nemo cum matio: nec cum aliis dicam & (q; nulla turpior deſidia unquā fuit) id qđ p̄cioſiſſimum habebant: ſubripi ſibi p̄ plebeios hoies paſſi eo ſenſim puenere: ut iam iter diuitias ſuas grauiſſima p̄mantur inopia: ita qui pro exiguo cēſu: pro paruo regni angulo ī aciē deſcēdiſſet: relictum ſibi a proauis theſauꝝ iextimabile: p̄iecerunt: inq; ipſā aī regiā p̄miferūt alienigenas igredi q; eos nō purpureis: ſed ſidereis uestibus ſpoliatos idē depellerēt. Vnde illud regale d̄ decus uideamus plebē doctā: regesq; afinoſ coronatos licet. ſic enī eos uocat: Rōani ipatoris epiftola qđā: ad frācoꝝ regē. Tu ergo hac ætate uir maxie: & cui ad regnū nihil p̄ter regiū nomē deſit: e duabus p̄cipū ſētēiis cui potiſſimum te applies ignoro: ſed meliora oīa de te ſpero. Itaq; (ne in lōgu exēam) breue carniē qđ ex tépore nup occurrit iter arbores illas d̄ qbus tibi admodū familiariter partē poſcis excellētiā tuā miſi. qđ ſi placuiffe tibi ſēfero(i eo genere poſſe enī uideor)

P̄cipum
noſtri tem
poris ī
gnorātia
n otatūr.

Aſinii pol
lionis io
culare icæ
ſarē dictū

Fama ſine
uirtute nō
qritur nec
ſine littera
ris ſerua
tur.

EPISTOLARVM

quā putas:& quam occupatio mea spōdet liberalior apparebo.Vale.

Fran.Pet.Iacobo Florentino.S.P.D.Adulationes admodum se odisse ostendit.hortaturq; eum potius ut carpat non laudet.

Eris titinam laudibus meis plene tuæ nuper ad me litteræ tenuere & dulcedine mira permulgere aīum.sic in eis affectū potius quam effectum metiebar.Si enī ab alio mitterentur illud crederem.Nunc de purissima quidē animi tui parte,p deuntes scio non fallunt:utinam non fallātur:proinde uera tibi uide ri'oia q̄ scribis certus sum.Amori tuo gratulor:cōpator errori.Nec tamē hic te parcus errate uoluerim . adeo delectat:quod non sum uide ri tibi.mallē esse quod uideor.Quid si ab alto negatum est.tu tamen ne amicus tibi error excidat caueto.Equidem ego quāuis mihi téperare nequierim:quō minus ad littteras tuas iterum atq; iterum retuereris:sensi tamen lectionem ipsam non iucate periculo:sic enim graui ter:sic ornate:sic dulciter: sic deniq; ad persuadendum apposite in ,p posito uersaris:ut ualde metuendum sit:ne legentem ad credendum quidlibet facile possis ipellere:quod si efficis.habebis opinionis tuæ comitem:nisi quod cum tuus generosus & ingenuus error sit:me ipli cueris errore ridiculo . Itaq; cōsiliū fuerit & si cū labore fiat ab illa de inceps litterarum tuae parte oculos auertere.Et si posthac rerum metuarum iugem ac sedilū lectorē uis efficere . Vide q̄so nt Satirice potius:quam lirice mecum agas.Larga enim materia est. Si intendere ceteris petis uidebis in me multa:Amicis licet oculis grauia:& fauentis etiā linguae non euasura censuram.Hic precor icumbe.Huc facundissimū tuum calamū uerte.ostende me mihi:iniice linguæ manum. Arripe.li ga.feri.ure:seca.Tumida comprise.superuacula rescinde . nec rubore Tristis potio mihi fecisse timueris:nec pallorē.Tristis potio tristes pellit egritudes tristes eger sum quis nescit?acriore tibi sum curandus antidoto:non cedūt egritudi amara dulcibus:sed amara inuicem sese trudunt.Si prodesse uis scribes pellit. Milonianam Ciceronis cū reliquis accepi.gratias ago.non mihi nunc primum tuæ mentis indulgentia nota est.re scribi faciā & remittā.Comædiā quā petis:me admodum tenera aetate dictasse nō infiior sub philologiæ nomine.Illa quidem procul abest & si adesset quanti eam modo faciam quā ue tuis : ac doctorum hominum auribus dignam rear ex comuni hoc intelliges amico. Vale.

Fran.Pet.Gilberto Grāmatico Parmēsi .S.P. D.orat illū ut optimis moribus adolescentulum suum instituat.multaque ibi de Scōlastica disciplina interserit.

Adolescētulū nostrū cōsiliī inopē:& ætatis agitatū stimulis
paternæ sollicitudinis ope cōplectere.Iam ut uides ad Biui
um pithagoricum uiuendo peruenit.Nusquā prudentiæ mi
nus:nusquā periculi magis est.Leua quidem ad inferos fert
ad coelū dextera:sed illa facilis:prona:latissima :& multarum gentiū
trita concursibus:haec ardua:angusta:difficilis :& paucorum hominū
signata uestigiis.Non ego hoc dico:dixit dominus omnium & magi
ster .Spatiosa uia quæ dicit ad perditionem.& multi sunt qui intrant
per eam.Arcta uia quæ dicit ad uitam:& pauci sūt qui inueniunt eam.
Puerum sane nostrum:si hic sibi dimiseris :quid acturum putas? Nem
pe uel ceci more uulgarē strepitū sequeretur:uel ferrato(ut aiunt)ibit i
tinere:&(quæ grauium corporū natura est:)deorsum suis pōderibus
feretur .Nunc tu oro uir optime succurre : & incatum ac nutantem
adiuua.Rege:substenta.Discat te magistro dextrū sequi calle:discat a
scendere.Quod promptius faciet si peculiarter in eū oculos defixeris
& adolescentiæ suæ morbis singularis quædam tuæ prouidentiæ me
dicina subuenierit.Scis quam in partem pendeat.Vnde sit ruinæ proxi
mus.Illinc oportuno præsidio fulciatur.Vetus medicorum regula est
contraria contrariis curari.In letitiam effuso:triste quidlibet .mestitia
contracto letum aliquid obiicito.Intensione nimia si obtusum erit in
genium:more soleitis agricolæ:alterna intermissiōe reparabitur:si ru
biginē situ traxerit exercitio enitescet. Atq; ita siet:ut labor quietē cō
diat.laborē quies.Vicissimq; nūc ocio nūc negocio recreetur animus.
Innumerabiles preterea sunt motum differentiæ & tam diuersa reme
dia:non magis morborum corporis quā animi passionum .ut qd' uni
pestiferum est alteri sit salubre.In hoc tota discretio præceptoris uerti
tur.Iuuenilis pauor familiaritate ac blanditiis mulcetur .Insolētia mi
nis :& seueritate comprimitur.Nec una scolaſticæ censura militiæ est.
Leua uerbis :grauia uerberibus castiganda.Hic laudibus erigendus.
Hic coercendus infamia:hic opere fatigandus:hic domandus est feru
la .Generoso animo perseuerantiæ studium affecto solatiū:desperan
ti subsidium.feruor algenti:præcipiti frenum.lento calcar addendum.
Notissima scienti ingerō:ut attritu memoria recalescat .& de cōmuni
bus magna pars artium constat & aliquando iocundius assueta loca re
uisimus . & ſaepè non tam nouis: quamnotis cantibus dēlectamur.
Piero huic(ut ad rem redeam)uel inuitu manū iniice:ne corruat:ne d
uet ad finistram.Doce quanto periculo processurus ,quanto inde labo
re.quantoq; dispendio regressurus fit.Oſtende illi quanto tutius iam
hinc rectum iter sequi q; ſpe reditus : quæ multos in abruptum egit:
ultra diuertere .Facilem casum esse :paratumq; omnibus.In affurgen
do autem magnis uitibus:magno niſi :magno auxilio opus esse. Mō
o

117 EPISTOLARVM

stra ei tanta esse utilgi somnia : falsamq; de omnibus : sed præsertim de uoluptate sentiam . Nihil ad leuam uitæ huius nisi sedum : fuscum: fragile: caducum. nihil ad dexteram nisi pulchrum : lucidum: ualidum: immortale. Et quam proprie illam sequentibus conueniat quod scriptum est . Derelinquunt iter rectum & ambulant per vias tenebrosas. atq; illud . Vie eorum & tenebræ & lubricum . & illud via impiorum tenebrosa . nesciunt ubi corruant . Hanc uero alteram sectantibus illud potius conuenire . Viæ illorum pulchrae . & illud: uia iustorum sine offendiculo . de utraq; autem simul dictum . Vias quæ a dextris sunt nouit dominus: peruerse uero sunt quæ a sinistris sunt. neq; solum uni dictum populo . Ecce ego do coram uobis : uiam uitæ : & uiam mortis . Fac ista consideret fac uideat quam reprehensibilis post tot duces : quamq; error ambiguus : per intricabiles uitæ breuis anfractus : unde saepe redeuntibus : seu redire meditantibus mors occurrit . Deniq; dum res integra dumq; ipse suus est: nec dum peccati iugum subiit, doce quanto facilius iugum illud declinare quam excutere . & poeticum illud: teneris auribus frequenter inculca . Hac itur ad astra . & illud . hac iter Elisium nobis . at leua malorum exercet penas : & ad impia tartara mittit . In quo poetæ nostro sapientum hebreorum unus consonat . Sic enim ait . Via peccantium conculcata lapidibus & in finem illorum inferi : & tenebre & poenæ . his hac ætate consuecat monitis . has hauriat discipulas . Facile quamvis formam recens excipit materia: facile quiuis habitus : nondum duratis mentibus imprimitur : ubi falsis opinionibus aditum præbueris : operosius excluduntur . Insta ergo dum notiu*s* spem successus tractabile tempus præfert . & sic habeto : plus te illi pueri hoc beneficio collaturum : quam si omnes simul ingenuas artes in pectus suum sedulo ore transsuderis . Magna quædam res est scientia litterarum : sed maior uirtus animi . & si utrancq; ex te discipulus docilis sperare quæat . Nosti ingenium quid possit: nosti melius expertus . Ego id unum noui paucorum esse : ut litterati fiant . Omnium ut boni . modo se bonis ducibus exhibeant obsequentes . Fastidiosior quidem est scientia quam uirtus . cum sit illa nobilior paucorum dignatur ingenia . Illa nullius animum contemnit . nisi a quo prius contempta est Vale .

Franciscus Petrarcha Lancelotto æquiti placentino Salutem Plurimam Dicit . Pluribus amicorum litteris se teneri ostendit: & quod a mori remedium conferendum sit docet .

Erebat calamo dextera : scribendi auida: sed incerta quid scribere tam multis: & tam uariis uno prope tpe: nuntiis pulsata

bar. Interpellabat hinc Tyberis. hinc arnus: hinc Rhodanus. Ille mihi infoelicit & de me optimæ meritæ urbis statum : immo uerius rui nam quam sine lachrimis audire non possum : nuntiauerat. Illæ quorundam ingeniosorum adolescentium quærelas: ad me diuerso quidem stilo : sed una eademq; sententia transmiserat indignantium grauiterq; tollerantium : quid illic expectatus huc diuerterim : seu quid ita natali solo habitaculum istud antetulerim. Quæ crebra multorum admiratio est. Ille autem curialium litteris amicorum silentio meo in tanto excellentis amici gemitu (quod in leuioribus malis minime solebam : q; non tam iudicio quam stupore cadentis illustrissime familie : ac merore suscepi) calcar blandæ sed ualide re præhensionis incusserat. Quoniam ergo primum uerterer Roma nis amicis miseratio : florētinis excusatio : Transalpinis consolatio debebatur. In hoc triuio hesitanti quartus rumor accesserat. Quidā & nomine mihi iunctus & sanguine (quodq; super omnia est) & amore & obsequiis animo meo probatissimus atq; carissimus : dum ex galliis ad me uisendi cupidus accelerat morbo : seu laboribus uiarum seu coeli inclemencia contracto Saone subsistere coactus acerba mihi morte subtrahitur. Qua in re quibus longeui parentis: ac miseræ matris orbitatem fratrumq; solitudinem ac sororum lachrimas consolater: qui meas proprias lenire non possem? Itaq; turba rerum circumuentus (feci quod in talibus soleo quicq; mos peculiaris inertiae meæ est) statui ex equo uniuersa negligere : uel si possem etiam obliuisci. Sic affecto tua incidens epistola torporem abstulit : & destitutum atq; abiectum calamus restituit tam dulcis grauitas: & tam grauis dulcedo inerat. Sane quod inter cætera scriptum erat Africæ meæ non men . suspirare uel inuitum compulit: neq; enim solus coepti illius exitum expectas. mihi uero promptius sit harenas maris & coeli astra numerare: quam cuncta fortunæ laboribus meis intidentis obstacula. Finem & ipsæ incertus operior : prorsus ne frustra uigilauerim an mihi saltē studii mei uoluptas aliqua : quāuis sera seruetur: Quod si rite successerit: ad hoc qualecunq; spectaculum ingenii curabo ne quis te præueniat in orchestra. ultimam litterarum tuarum particulam subridens legi. Iuuat enim morbi mei ueteris tales nosse participes. & arbitrari cogor non ignobile accidens: quod in tali confederit subiecto. solamen uero uulgaris eloquii: quod ex me iocose(nisi fallor) exigis: ego ex te si forte ai uulnus fādo lētesceret: & poscēdū dicerē & spādū. hiscine uersiculis spas tibi posse dolores atq; æstus curasq; graues e pectori pelli: augētur potius alūtūrū. alia ē igitur huius egritudinis medicia: cuius qdē(qd' fateri ueritas iubet) noster Esculapius auctor ē. herba aut qbus illa cōficitur: uel in hortulo tuo certe nō sūt: uel icognitæ

EPISTOLARVM.

tibi sunt:uel in amoeno gustu efficiūt ne tangantur.Vale & (quod optimum aduersus omnia uitæ nostre mala remedium reor) quicquid se ad mouendum loco animum obtulerit diligenter examina :& si principio delectaris. finem cogita.

Eiusdem Francisci Petrarchæ Epistolarum de rebus familiaribus
Liber Octauus.

Franciscus Petrarcha Stephano Columnæ seniori.S.P.D.Laudat ipsum q̄ fortunæ tela tam forti accepit animo.consolaturq; in fratrū: uxoris.filiorum ac nepotum morte.

Stehäi co
Jūnæ seni
oris lauds
qbus me,
tello cōpa
tatur

Eu miserande senex:heu uiuacissimum caput quo
piaculi genere coelum offendisti? quid fecisti ut
tam lōge uitæ suppicio punireris? Metellus alter
dicebaris nec immerito.omnia cōuenerat: patria:
genus:forma:diuitiae:aliaq; corporis atq; animi
singulares & admirabiles dotes.uxor quoq; claris
sima:& uxor generosa secunditas:& consularis
dignitas & in Romanis exercitibus imperii fasti-
gium & uictoriarum ac triumphorum tituli.Senectus longeua & incō-
cussa:usq; sub ultimum fortuna .si quid enim aduersi intermischere ha-
bitenus ausa ē qualia multa famosis persecutiōibus pertulisti. Fecit hoc
ut asperitate insigni abstergeretur & enitesceret gloriæ tuæ decus.hāc
tibi fidē prope centesimū uitæ annum fortuna feruauerat:& tu simili-
ter in orbe terrarum:& in orbis regina urbe princeps natus poteras ubi
de foelicitate agitur ea scilicet quæ sperari potest in hac uita rarissimis
exemplis tuum nomen inserere.nō ut Sophydius inops & inglorius
arator mendaci foelix dictus oraculo.sed ut gloriofissimus omniū no-
stræ ætatis Româorum ducum.& (quod prorsus difficillimū ac pene
impossibile dixerim) iūaltissima fortuna foelicissimus:poteras excluso
Archade pegrino sedere fidentius Romanus cum Romano.princeps
cum principe.Stephanus cum Metello.Nisi q̄ præter religiōis eminē-
tiam:cuitus inter paganum xpianumq; hominem comparatio nulla ē
credere illum tibi saltem fratiū:ac liberoru numero dignū erat . Fra-
trem ille nullum habuisse legitur:tibi quinq; contigerant summi uiri
& (ut breuitet dicā)nec sanguine nec fortuna:quā uirtutibus & gloria
clariores.Quattuor ille filios habuit:prætorios:cōsulares:cēsarios:tri-
umphales.Tibi septem fuerunt.Vnus Romanæ ecclesiæ cardinalis.
Alius uel cardinali maior futurus:si ad legitimam puenisset ætatem.
Tres Episcopi.Duo bellorum duces & bellica gloria parenti(ut omnia

simul expediā prope pares. Illi tres. Tibi uero sex filiae. De quarū moribus silentiū breuiloquio præferendum puto. & quænā deus bone quā florēs ex utroq; sexu nepotū ac pñepotum acies? quam dulcis turba: quam iocunda societas? Quis ille(ne infinita sequar)ex primo genito filio primogenitus nepos Iohannes diuinus quidem & plenus priscæ uereq; Romanæ indolis adolescēs? cui iure optimo columnæ cognomen obtigisse dices. Neq; enim de columna ut cæteri sed ipsa columna dicebatur: in quam scilicet amicorum spes: in quam domus ingens & antiqua recumberet. Alter iam Marcellinus euaserat .eadem ætas erat; eadem uis animi: par corporis uigor: idem & amor armorum: & equorum studium :& equitandi peritia. Alter quoq; Marcellus in dies:uel si quid Marcello clarius siebat. Quæ cum ita essent quaquaue sum Romanum resonat nomen: uulgo iam foelicissimus(si dici potest) foeliciar ac summis sublimior uidebaris . Sed sapientes exspectare finem iubent: quod ille fortunatissimus olim rex lidorum solo nis consilio monetur. Re enim uera de mortali foelicitate mors iudicat:&(quod mirabilius)de æterna. Nemo ergo confidat:lubrica foelicitas est. Vis te foelicem fatear? morere:ueri testes uitæ sunt:cinis ac se pulchrum. Aliter enim quo altior es eo grauiori subiaces ruinæ. unicū foelicitatis exemplum eras nostri temporis si qualis uitæ cursus talis exitus fuisset. Nihil mali est quod non secum afferat longa ætas . Ut multorum dierum nauigatio:sic multorum annorum uitæ est. Non unum coelo sydus. Non una tempestas pelago. Sæpe flectendus clavis: sæpe contrahenda sunt carbasa : & sæpe (quo nil periculosius habet ars nautica)pro uentorum uarietate flectenda sunt. Nunquam expectes ut diu sit immota tranquillitas: a maris aut uitæ . Mutantur as fidue rerum facies :& sæpe serenissimus mane dies:nubilo fine concluditur . Me ne salis placidi uultum fluctusq; quietos : ignorare iubes? me ne huic confidere mōstro? Hoc apud Vergilium ille famosus nauita in mari dicit. Hoc apud seipsum sapiens uir dicet in uita: Nihil mentitur armatus :& iugi meditatione præparatus animus : improuidum & sibi leta omnia promittentem :quælibet aduersa deiciunt . Sed ad fortunæ tuæ uarietatem redeo. Quinq; germanos fratres iam pridē sepelieras . Quem non tantarum columnatum ruina prosterneret? Mansisti tamen inconcussus :& (quod proprium magistri inuictiq; anni fuit)in te unum uniuersam domus sarcinam transtulisti . Ex illo quidem :damnum irreparabile :immortali compensabas fama:rerum & prægrandium memoria solabaris.inq; tot fratrū locum nepotum longus ordo successerat:dilecta tibi interim & amantissima uxor eripiatur. Foelix morte sua :nec in hunc seruata dolorem. Multo quidem

EPISTOLARVM

sua morte foelior quam uox Euandria de qua id dictum est. Illi enim ne unius huic ne plurimorum filiorum acerbum interitum uide ret tempestua morte consultum est. Eruditus & natorum maximus cui singulariter incubebas .geminū graue uulnus tā multa ppresso: māsist tamē iā ruentibus fūdamētis. Inde aliis usq; ad iuidiosā magnitudinē auctis & mira luce fulgētibus fortūe pepceras: & miscēs amara cū dulcibus dīsideriū defūcto: & supstitū solatio leniebas. Iā sēsim obliteratus priorū uulnērū dolor erat foelix adhuc: & (ut dixi) Metello foelior mori poteras: lōga uita p̄sttit ut fieres Priāo similiō q̄ Metello. Metellū qppe sepelierū sui. suos Priāus sepeliuit: multū diuersa cōditio. trux fortūa: pauca ne icōstātiæ tuae argumēta p̄bueras nisi ueteribus et nūc exēplis Stephanus noster accederet? quē breuissimo t̄pē uario genere moriendi filiorum ac nepotum multitudine spoliatum de foelicissimo patre miserandum orbitatis spectaculum posuisti. O magnanime uit: o memorabilis Stephane iam foelior apparebas quam qui fieri posses ifoelix. iam comitator eras quam qui solitudinem formidares: iam morti proximior quam cui esset mors filiorum adolescentiū metuenda: extra teli iactum constitisse uidebaris. Sed impotens illa & immitis dea est seu uerius dei ministra & diuinarum uoluntatū executrix impigerima sed occulta: miris & incompræhensibilibus modis agēs: cuius ut clandestini semper & uarii sic saepe moesti & flebiles ludi sunt. & certe nullū hac ætate clarius suæ uarietatis inditum erat. Ideo insidiatam esse & ascensiū glorioſo fauisse crediderim quo se mundo notiorē faceret: & post tantum fauoris insignior clades: & ex tam alto terribilior casus esset. neq; enim poteras tam ifoelix. Talium filiorum numerus efficit ut spectabilis orbita tua sit. heu dulcedo amarissima. Heu laboriosa requies. heu funestæ blanditiæ. quid metuendū? Quid optandum? Quid tenendum uitandum ue homini est? Importunum nihil habuisse quod placeat. durum dulcia tot habuisse quæ perderes. Vixisti nimiū fatigor sed sic oportuit ut doctior moreteris. putas solidum aliquid esse fortunam: si eius alteram tantummodo faciem a spexisses. O multis iactate casibus. Quid nunc expectas ut dicā? Nolo speres nolo desperes. Alterum uani: alterum infirmi animi est. Quid enim oro te speres? nouos filios: noua coniugia: intēpestiuā est ætas: tam Senectus apta nuptiis: quam bruma mesib⁹. ridiculum ioci genitus spōsus senex. Cōtra aut̄ quid desperes? De tot filiis nullum habes. arabū rex Si habes te ipsum satis est. Nullæ diuitiæ maiores: nulla clarior posses sio quam in potestate animum habere. Inuenimus qui centum quin habuisse si decim filios haberet. Erotimus quidam Rex. Arabum mirū dictu sep lios tradi timgentos habuisse traditur. Se ipsum habere paucis contigit. Amisi tar.

Erotinus
arabū rex
septigētos
habuisse si
lios tradi

nus spōsus senex. Cōtra aut̄ quid desperes? De tot filiis nullum habes.
Si habes te ipsum satis est. Nullæ diuitiæ maiores: nulla clarior posses
sio quam in potestate animum habere. Inuenimus qui centum quin
decim filios haberet. Erotimus quidam Rex. Arabum mirū dictu
timgentos habuisse traditur. Se ipsum habere paucis contigit. Amisi
tar.

sti colloquia filiorum: tecum loquare. Cum aliis enim omnium: se
cum loqui paucorum est. Multa sunt quæ loquaris. Multa quæ respō
deas. multa enim in tam longa uita fecisti: quorum uel meminisse io
cundissimū esse potest. Non possunt (ut apud Ciceronē ait Cato) oēs **Latus a re,**
esse Scipiones: aut Maximi: ut urbiū expugnationes ut pedestres: na
talesq; pugnas: ut bella a se gesta: ut triumphos recordentur. Tu uero
de illoꝝ es acie: quibus rerum suarū recordatio gloriaſa est. Recorda
re quæ gesseris domi militiæq; quæ terra pelagoq; sis passus: quos la
bores: quæ pericula obieris: quæ tibi clarissima contigerunt. Fateberis
credo te & si semper sine liberis fuīſtis magnū uirū: & nō ociosa quidē
foelicitate sed foelicem tamen. Nunc uero nec sine liberis fuīſtis & tales
habuisti quales ut amisisse durum sic habuisse suauissimum sit. Adde
q; nihil incauto accidit. ea sapientia tua est ut non modo quæ tibi eue
nerunt: sed & oia quæ possunt euenire pūideris. possibile enī nihil est i
opinabile sapiēti. stultorū ipræmeditata sunt oia. Nō hoc dicere uolo. **Latus a fa**
maius quiddā in aio est cuius tibi uno uerbo memoriā renouare satis piētia.
erat: sed nequid eoꝝ quæ ex te audierim effluere mihi putes: dicam ex
præſiūs. Memento ergo (mihi enim ymago illius t̄pis ante oculos ē)
dū ante ānos d̄cem Romæ tecū agerē. & forte soli: hora diei iam ſera
effemus de ambulātes in uia lata quæ a domib⁹ tuis ad capitolii arcē
ducit. Cōſtitimus tandem illic ubi trāſuersa illā fecat uia. quæ a mōtibus
ad camilli arcū atq; inde ad tybetim descēdit: dūq; in illo q̄driuio nul
lo interpellāte multa colloqueremur de ſtatu domus: ac familiæ tuæ
q̄ tūc (ut ſæpe aliis externis clarior periculis ciuili bello grauiſſimo agi
tabatur) incidit (ut fit) unius ex filiis tuis mentio quo cū ſuggestu ma
liuologe reor eo tēpore plus quam paterna iracūdia diſſidebas: ſed tri
buit mihi benignitas tua qđ multis ante negaueras: ut me auctore ille
tunc tecū rediret in gratiā. Cæterum cum de eo multa mecum familia
riter quæſtus esſes mutata frunte tādē adieciſtī hæc ſere (nō enim re
modo ſed uerboꝝ mihi ſupperit memoria). Filius meus amicus tuus:
d̄ quo me cogis: ut paternæ ſim affectus: i ſenectutē meā: q̄ hōeftius cō
tinuiffet euomuit, ſed quoniā negare tibi hoc nō poſſū: p̄teritoꝝ oīum
obliuio & (ut aiunt) abolitio ſit. poſt hāc diē nullum mihi uel i uerbo
iræ uestigium uidebis. unū nō ſilebo cuius te t̄ps i oē teſtē facio. mihi
qđem obicitur in primis q̄ contra ætatis meæ decus pluribus me bel
lis implicem quam oportet: hanc filiis odiorum atq; discriminum he
reditatē relicturus. Ego uero deum testor: nullam me aliam ob cau
ſam niſi amore pacis bella uſcipere. Quietis audiū me uel ſenectus
ultima: & in hoc iam terreo pectore frigescens animus: uel longa
humanorum caſuū reddit obſeruatio. Verū ita fixum atq; firmatū

EPISTOLARVM.

habeo labori terga nō uertere: mallem tranquilliora . sed si ita fors tu-
lerit ad sepulchrum potius pugnando perueniam quam discā seruire
senex. Ad id sane quod de hereditate dicitur . Hoc unum respondisse
uelim. & hic fuge in me oculos animūq;. Vtinā hereditatē aliquā filiis
dimitterem: sed aliud uoto meo debitū: aliud fato uisum (qd' moestus
dico). Siquidē confuso naturae ordine filio& meorum omnium heres
ero. hæc dicens: undantes lachrimis oculos auertisti. Id quonā seu ani-

Parétes sole
lere nō nū
quā uera
de filiis ua
ticinari di
ui uespasi
ani exem
plo mi præsagio seu dei monitu dixeris: incertum: quāmuis uaticinari ali
qua d' natorum euētibus principes solere testis est diuus Vespasianus:
qui alterius. Natorum mortis genus: amborūq; prænuntiauit imperiū.
Ego quidem die illo tanquā uel casu tibi elapsum uel ab idignatione
profectum uerbum contempti fateor. Neq; tantarū fore uiriū suspica-
tus sum. Post lōgū uero tempus: dum crebris filiorum mortibus quæ
ri fidem uaticinio uiderē: rē inter amicos rettuli. Inde in uulgus effusa
est. Itaq; sacræ memoriae Iohānes Romāi decus cardis: & familiæ tuæ
princeps tribus iam stratribus defunctis euicit præcibus: extorsitq; ut si
bi rem totam ordine narrarem: quod cum iuitus fecissem: ille suspiras
ait. Utinā genitor noster non tam ueridicus uates esset. Eodem anno
ferali illo primogeniti tui ac nepotum casum magis ac magis horrere
præsagium tuū coepit: donec ipse dolore confessus (ut arbitrator) nouis
simile moriendo dictum pattis tristi quidem: sed plena fide compleuit.
Quæ res cunctis qui eam audiuerē mirabilis mihi uero magis in dies
horribiliis ac stupenda est. Meministi omnium non dubito. Ego certe
sic memini ut adhuc sepulchrum illud marmoreū antiquū quod in an-
gulo est: & cui uteq; nostrum cubito insistebat. Ad hæc & omnis tui ha-
bitum spectare: uocesq; illas tuas his auribus audire mihi uidear. Quæ
cum ita sint non debet intollerabile dānum esse: quod tanto ante præ-
uisum cst. Armat enim meditatio animum. Quid pateris: quod non te
passurum scires? Nemo plorat filium se genuisse mortalem nisi sit idē
amens & proprie mortalitatis oblitus: amamus nostri similes filios ha-
Nihil magis eē no-
strū quam moriendi
cōditio. bere: nihil uero magis est nostrum quā insita atq; indicta nascentibus
conditio moriēdi: sola oīum inseparabilis inherēsq; ossibus ac medul-
lis. Quid ergo dolent homines in funeribus filiorum? profecto nō cer-
tū & publicum naturæ debitū: sed mortis insperatū ordinē. hic tibi (quā
tū intelligi datur) nec improuisus nec ignoratus fuit. Prima lugendi cā
sublata est: inopini dolor uulneris. Aut igitur affectus tuos diuino sub-
dis imperio (qd' docti omnes & bene instituti faciunt) & quæcūq; tibi
acciderunt: tam præuidisti equanimiter: quam tulisti. Aut si forte (quo
niam suum naturæ ius eripere difficile est) gemitum reluctanti pater-
ans' amor ui expræssit: tantum tamen tempus effluxerit ex quo lugere

primū ceperis:ut iam uerisimile sit lachrimas aruisse.lentescit enim tua
 et dolor.lentescit & gaudium.quodq; unum habet bonum humana Humanos
 tum passionū nulla perpetua est.Sed quoniam magnas res agentibus affectus u-
 oratio longior inuisa.sinem faciam. Ut uero nō inhumani patris sue
 rit epistolæ principiū (si id pietas coegerit) humentibus oculis legis
 se:sic siccis sinem luminibus perlegere uiri fortis erit & indomiti.itaq;
 totum animum collige obsecro:& ingēti nisu fortunæ ruentis in cur
 sum excipe:quisquis primū ipetum pertulerit uictor erit:plures enim
 petuus.
 terrore quam ui superat.Sed quid ago? Quod suadeo implesse te spe
 ro.Id diuntaxat obtestor ac depræcor:ne unq; forte (ut est animus sæ
 pe curiosior eorum in quibus nullū iam nisi memorie ius habet) uete
 ra memorando in nouas miserias relabaris:ac nimis indulgens patrio
 dolori rescindas herentium iam uulnereum cicatrices.Sine abiisse quæ
 ut redeant impetrari nequit.An crucient an delectent in tua potestate
 situm ē.Vulgus te orbum senem miserum appellat.tu vulgus ut solet
 insanire & te foelicem credito.de utroq; fortunæ dolio gustasti. Scis
 quid sapiant:letum te dulcia fecerunt: amara cautum faciunt:ut intelli
 gas quorsum fidēdum sit secundis: uidebas & olim credo: sed hoc nō
 negabis:nunquā te clarius uidisse.Nulle sunt certiores scolæ quam in
 quibus experientia magistra est.quod a multis audieras uidisti:& auri
 um disciplinam oculis approbasti.Vides eam(de qua omnis fere mor
 talium sermo est) nihil esse fortunam: uides fabulam esse quæ uulgo
 dicitur foelicitas: illamq; amisisti: iuenisti aliam certiorem atq; solidio
 rem.Et quam inquies inter tot dolores mihi foelicitatem ostentas?
 Quam putas? nisi quam nemo tibi unquam si nolis eripiat.monstro ti
 bi foelicitatem cōtrariam primæ: bonis tuis esse contentum: scire qui
 bus ornatus uidebaris tua non fuisse: discussis demum erroribus ueras
 opiniones asscutum licet sero. Ante omnia formidatum gentibus
 fortunæ imperium non timere.Quid dicam amplius? In hoc desino.
 Nudus intraisti:nudus egredere:& illam humanæ(ut aiunt) rerum do
 minam celso animo contenue: nocuit usq; adeo: nocere iam non pos
 sit quid tunc etiam cogitat? quid minatur? exhausit pharetram exar
 mata est: nec habet illa quod iaculaetur:nec tu habes ubi de cetero
 seriatis. Vale.

Franciscus Petrarcha Olympo Salutem plurimam Dicit. Quod se
 domum non reppererit dolet.

Ihil omni ex parte foelix aut dulce dum uiuimus. Sentio
 quā ipropriæ locutus sim.imo uero dū nō uiuimus: cū enī

EPISTOLARVM.

uiuere ceperimus : nihil nisi dulcissimum ac foelicissimum erit: ecce dum eo lætus ac redeo: exoptatissimum mihi tuum & illius amici optimi conspectum colloquiumq; perdidi . uix lachrimas continuidonum hodie reuersus : ubi comperi uos simul hic fuisse : mei uidendi desiderio : superatis alpibus atq; omni uiarum asperitate calata : meq; non inuento : magna uelut destitutos spe dolentes abiisse. hæc enim & famulorum uocibus perdidicis: & litteris uestris: quas inter libellos meos tanquam eximie dilectionis obsides reliquistis: & a rabonen moræ breuis: & pignora redeundi. Sed quoniam dura leniorem in partem flectere sapientis est . Cogitemus id coelitus actum : ne me ut optabatis inuento congressu amici seruor ille tepescere & animorum : quo nunc (ut reor) per absentiam irritato pro paucorum forte dierum gaudio prærepto : multorum nobis annorum iocunditas compensetur. de hoc tamen illa uiderit: cuius adamantina duritie saepe humani consilii acies infirma retunditur . Certo ego sic mihi fungo: sic cogito : sic spero : & in hac spe multis obsessus laboribus conquiesco. De quo quid sentiam : quid ueribi suauus sim : quod & magna res est : & nuxius hic festinat. in diemi alium differre coactus sum. Vale.

Sapientis
et dura in
læiore par
te flectere

Aduerte
fortuæ ele
gatè peri-
phrasim.

Franciscus Petrharcha Olympo Salutem Plurimam Dicit . Quanto Fontis Sorgiæ amore teneatur ostendit . simulq; ad uitam solitariæ illum inuitat .

Xpetauit anxie : nec dum aut patiens nuntius : aut ociosus dies affuit . Itaq; simul concepta carptim explico : non quidem ex animi mei sententia . noui enim orationis perpetuæ quanta uis. Ille orientaliū flutioꝝ maximus multis distinxus alueis: uides quā nō mō pmeabilis sed ēt cōtéptibilis factus ē . sed pareamus tpi. sit libitum quod licet: q̄ndo quod est libitum non licet: & quoniam nuntii huius haud sat explorata fides erat : unam dumtaxat epistolæ tuæ partem exequar: ubi redditum ad funtem sorgiæ disfades: ut illam tibi solicitudinem eripiam. Videris enim mihi de hac re non mediocriter curare: nec immerito: q; eo s̄epius uocantem Socratem nostrum : non audire non potui. Itaq; uictus tandem præci bus spoponderam : si tractata succederent: quibus & honestus illic manendi color: & uitæ necessaria: quærerentur. uitæ inquam sodalium: & multorum ad me illic: de more conuenientium . mea enim uita non modo necessariis instructa: sed uereor: ne superuacuis impedita sit

quo sibi libuisset securitum non ignarus quidem rerum harum & illarum : sed magnum ibi haftenus ducem nostrum & uos omnes esse cogitans: quos mihi reliquos mors fecisset: amoris nestri uelut uncis quibusdam ualidissimis retrahabar. Nunc mutata: sunt omnia : & amicorum turba abiit: & dux noster obiit: & Socrates meus qui solus ibi est quāuis unus in me possit omnia : quamuis inueteratae consuetudinis ui & ipse ibi esse : & omnes suos : meq; ante alios secum esse desideret: nūquam tamen audebit omni spe absissa in eas nos accersere: ubi omnes prorsus alienigene atq; hospites futuri simus. Neq; enim ludus est hominibus mortalia & caduca corpuscula trahentibus dice re: quod animæ foelices corpore resolutæ apud Vergilium loquuntur Nulli certa domus lucis habitamus opacis . Riparumq; thoros: & pra ta recentia riuis incolimus. Si enim ista sufficerent: posset utiq; clausa uallis unde forgiæ funs erumpit nobis omnibus abunde riuios nitentes & frondosas domos: & herbosa cubilia ministrare. Sed plus ali quid exigit natura. Phylosophos quidem & poetas duros ac saxeos uulgus existimat. Sed in hoc fallitur ut in multis . Carnei enim sunt humanitatē retinēt: abiciūt uoluptates: est autem certa uel philosophicæ uel poeticæ meta necessitatis : quā præterire suspectū sit. Non est per se sufficiens (ut ait Aristoteles) natura ad speculari sed opōret & corpus sanum esse & cibum & reliquum famulatum existere. Neq; enim cantare sub antro pyerio: tyrsu ue potest contingere seu paupertas . at q; æris inops quo nocte dieq; corpus eget(ut satyricus ait) magno ac perpetuo apud doctos philosophici poeticiq; dogmatis consensu rege sed uerbo & uarietate multiplici. Igitur clausa uallis(ut ceptū sequar) ad aliqd breue tps: urbanar; uoluptatū tedio affectis : ut olim diuerti cula nō inamoena sufficeret: in longū certe nec pmitteret necessaria: nec præstaret. Nobis sane si sapimus non in longum modo sed in finem quoq; prospiciendū est ut uitemus illud senecæ: quod humano generi facit improprium: ubi ait de partibus uitæ cogitare omnes: me minem de tota . Vere sic est enim : & hoc est quod consilia nostra præcipitat ut inter occupationes tam uarias miserandum simul & ridiculum ignoremus quonam fluctuantis uitæ gubernacula dirigamus . Scio clausæ uallis optabilem æstiuo præsertim tempore stationem : & si illi unquam secessus ille gratus fuit mihi fuisse gratissimum : decennis inditio est mora. quod si apud te: immo uero apud alterum me sine iactantia gloriari licet: pace montium ac fuitiū siluage ue : quid usq; nunc loco illi non dicam clarius: sed certe notius incolatu meo accedit. Opinari ausim: apud multos non minus illum meo nomine quam suo miro licet fute cognosci qd iccirco dixerim

Quæ ad
philoso
phicā poe
ticāq; uitā
sint neces
saria.

Neminē
d tota sed
de pribus
uitæ cogi
tare Sene
ca auctore

EPISTOLARVM

ne quis dubitet: me illud rūs non spernere: quod mihi meisq; rebus ap-
tissimum semper inueni. ubi saepe curas urbanas rustica requie p-
mu-
taui. quod non tantum electione ipsa sed agrestibus muris :& (ut spe-
ro) solidiore cemento uerbis atq; carminibus illustrare pro uiribus stu-

Oia hic se-
re sua opa
cōmemo /
rat.

dui. Illic(iuuat enim meminisse) Africam mea cepi: tanto impetu tan-
toq; hisu animi: ut nunc limam per eadē referens uestigia ipse meam
audaciam: & magna operis fundamēta quodammodo perhorrescam.
Illic & epistolatum utriusq; stili partem non exiguā & pene totum būc
colicum cārmen absoluī: quā breui dierum spatio si noris stupeas. Nul-
lus locus aut plus otii præbuit aut stimulus acriores ex omnibus terris
ac sæculis illustres uiros in unum cōtrahendi: illa mihi solitudo dedit
animum: solitariam uitā. Religiosumq; ocium singula ibi singulis uo-
luminibus perstringenda & laudanda suscepi. Deniq; iuuenilem æstū
qui me multos annos torruit(ut nosti)sperans illis umbraculis lenire:
eo iam inde ab adolescentia: saepe consurgere .uelut in arcem munitissi-
mam solebam. Sed heu mihi incauto ipsa niēpe remēdia in exitiū uer-
tebantur. Nam & his quas mecū aduixeram curis incendentibus:& in
tanta solitudine nullo prorsus ad incendium accurrente desperatiū u-
rebar: itaq; per os meum flamma cordis erumpens miserabilē sed(ut q-
dam dixerūt) dulci murmurū ualles coelumq; complebat. Hinc illa uul-
garia iuuenilium laborum meō: cātica: quorum hodie pudet ac poē-
nitet: sed eodem morbo affectis(ut uidemus) acceptissima. Quid mul-
ta: si quecumq; alibi cum his quæ ibi scripsi conferantur loca omnia lo-
cus ille me iudice haſtenus superet. Est igitur etiā dū uixero sedes illa
mihi gratissima cōmemoratione Iuueniliū curarū: quarū usq; ad hanc
ætatem in reliquiis elabore. Verumtamen nisi nos metipsoſ fallimus
Alia quædam sunt uiro tractanda quam puero & ego aliud illa ætate
nō uideram: obſtabat tamen recto iudicio cecus amor: obſtabat ætatis
imbecillitas paupertasq; consilii: obſtabat reuerentia ducis nostri: sub
quo eē pluris erat quam libertas. immo sine quo nec libertas nec uitæ
iocunditas plena erat. Nunc & illum & quicquid dulce superat uno pe-
nie naufragio amissimus(quodq; sine suspicio dici nequit) uirentissima
olim laetus mea ui repentine tēpestatis exaruit: quæ una mihi nō Sor-
giā modo: sed ruentiam ticiō fecerat clariorem: uelūq; quo oculi
mei tegebantur ablatū est ut uideam quid inter uallem clausam uenie-
sini & apertas italiæ ualles: collesq; pulcherrimos & urbes amoenissi-
mas ac florētissimas iterſit. Interq; unicū Sorgiæ fluiuū ac funtē & tot
lucidos fūtes: tot uaga flūina: tot piscoſos lacus duo longe clarissima-
lius adeo maria italiā curuis & speciosis anfractibus hīc īde uallātia (ut reliq; na-
in teneris turæ p̄stātissimas dotes fileā) atq; ī p̄mis igēia moresq; hoīum nō hic

Sic uergi /
lucidos fūtes: tot uaga flūina: tot piscoſos lacus duo longe clarissima-
lius adeo maria italiā curuis & speciosis anfractibus hīc īde uallātia (ut reliq; na-
in teneris turæ p̄stātissimas dotes fileā) atq; ī p̄mis igēia moresq; hoīum nō hic

dicēdi locus est. Et tamen uide quātū primæ impræssiones animis h^ereant: quātū ue cōsuetudo longior possit in rebus omnibus (Vt enim iuxta perfecte legem amicitiae : omnes tibi pectoris mei fluctus aperiā) sensum hac in parte rōi rebellantem sentio . Et fateor uallem illā:nunc uel maxime repudians suspiro: meq; uel inuitum: nescio quis loco: a mor uellicat . Ibam uero nunc longius sed expectantis murmure nuntii admoneor ut dicam Vale.

Franciscus.Pet.Olympos.P.D.In uitat iterū illū cæterosq; amicos ad uitam solitariā.

Mnis amor impatiens more: festinationis appetens: nec ulla tanta celeritas est quæ non tarditas sit amanti. Multa tibi ex Celeritatē o tempo die scripsoram: sed quoniā & multa supererat & exo amoris ieē nerari animus ardebat: cum fortuitus nuntius non adesset: ad domesticos me conuerti. Et singulorum quidem obsequia trutināti: ut intelligas quam uentri deditus sim cocus primus occurrit: quo sine incommodo īmo uero non sine cōmodo carerē. Cocus inquam (quod nō te latet) apud maiores olim nostros uilissimum mācupium: uicta demū asia in prætio haberi ceptū. Nunquam utinam armis Asiā uicissemus: ne unquā suis illa delitiis nos uicisset. Sed ad nostra festino Cocus ergo nūc mihi pro uiatore fuerit. Villicus pro coco. Scis me rusticō apparatu & cibis agrestibus delectari & in tenui uictu solū cū epy curo sentire cui in hortulis & holeribus illius a se laudatæ uoluptatis summa reponitur. Sæpe quidem rusticitati meæ gratulor: quæ mihi perpetuū fecit: quod his delicatis ac lautis uicissitudo facit alternū. Quis est enim tam fastidiose arrogans cui non semel in anno dulce sit uel ī herbosis aggeribus sub diuo: uel in amici pastoris tugurio discubere? quamuis aurate trabes nō impendeat: quamuis mēlas argentū graue non oneret: murosq; marmoreos purpurea aulea non uestiant. cuius tam ambitiosa sitis est ut præter patulam gēmam seu leones aureo ne more decertantes: policeti opus poculum omne fastidiat? Aut cuius tam superba fames quæ non interdum rusticō conuiuio sedati quæat? quamuis peregrinæ colchorum uolucres non assint: nec ignotis litoribus iactatus rombus. Interq; duos pontes captus tyberinus lupus: cui ueterum opinio: palmam iter pisces tribuit. Hæc ergo quæ his naufragiis nō nunquam raritatis lenocinio tentantur mihi naturæ beneficio semper accepta sunt. Et si quando forsitan alternare libuerit hic mihi iugis uiuendi tenor placeat. Lautiora non respūa: sed quæ rarissimi me & magno redeant interuallo. Ne ue me frustra loqui putas: cū longe aliud sim dicturus ista sic accipies: ne fortassis incōmodo meo con-

EPISTOLARVM.

suleris : cocum meum mihi ante remiseris : quam plene consilium ceperitis de summa rerum nostrarum : quæ nunc agitur.
In quam quæso : aperite aures & non repugnantes animos ad hibete. Quod enim uni dico omnibus dico . & cupio has litteras (si fieri possit) per ora amicorum omnium circumferri : & si quis ibit istinc ad occidentem nuntius Socrati nostro nominatim dirigi: ut omnes agnoscant uel sensus meos uel ineptias: Multa quidem altius dici possunt: at non multa(nisi fallor) utilius. de hoc ramen uos uideritis . Ego institutum sequar. Evidem aut omnino nihil calleo: aut nisi iam uiri sumus: nunquam erimus. Nemo nobis blandiatur . Nemo nos iuuentutis appellatione decipiatur. Non sumus decrepiti. Esto ne senes simus at profecto nec pueri. tempus est puerilia relinquenti. Tempus est inquam: esset utinam nec transisset. sed mihi crede transiuit & magna iam ex parte post tergum est. Sed & aliquid reliqui esse non inficior: id'ne pari segnitie dilabatur celeriter occurrentum est. Alioquin eueniet nobis (quod uulgo sere omnibus) : ut adolescentiam respectantes: & in illam oculis ac mente conuersi senectutis in foueam incidamus. Atq; ita dum iacentes illufiq; de naturæ fragilitate deq; æui breuitate lamentemur: & seræ quærimoniæ theofraustum proferamus auctorem . Cicerone ac salustio & Seneca testentibus magnifice superandum . Quin arripimus hoc quantuluncunq; quod restat: inq; usus nostros uertimus ? ita ut secundum ipsius Senece sentiam: quæ Ciceronis ante fuerat: quod facere solent: qui serius exeuunt & uolunt tempus celeritate reparare. Calcar addamus cuius opereras opiniones & fugientem haftenus beatam uitam uel sub ipsum uiae terminum consequamur . Nunquam enim sero fit: quod salvulariter fit. Nam & si reprehensionem dilatio mereatur: emendatio tamen laude digna est. Certe quod bonum est intempestuum esse non potest. Alioquin bonum utiq; non est si tempestuum esse deficiat. qualem esse credimus penitentiam defunctorum ad nihil iam nisi ad miserie cumulum ualituram. cū contra non inefficax penitentia secum sit. Nos uero non pudeat: quod multo ante decuit fecisse uel nūc agredi pudeat potius: ne nunc quidem uariante capillo turpe est uariantia non firmare consilia . Aggrediamur itaq; iam tandem & cogitemus acriter quo in statu res nostræ sunt. nec nostræ solum res: Sed quorumcunq; mortalium: quid enim quæso uita hominis: nisi flatus exiguis & tenuis sumi uapor ? Sentit in se quisq; quam putre quam debile: quam caducum corpus inhabitet . Sed errore iam publico dissimulamus: & imbecillitatis nostre consciæ: diuturnitatem æternitati proximam cupida mente concepimus . Sic est . Nemo est qui se

Quæ hūa
nitati in
sint mise
riæ.

moriturum credat: immo uero nemo est qui non se mortalem sciat: sed diem mortis (qui forsan hodiernus est) in longum pro se quisque fecit. Ita cuius maxime præsentiam timemus: eius absentiæ maximum fidimus: cum nihil tam ambigue absit nihil tam subito præsens fiat. Fallit miseris Aristotelicum illud. ait enim. Quæ lōge: ualde nō timentur. Sciunt enim omnes quæ morientur. sed quia non prope: nihil curant. Hæc ille uir tantus in rhetorics. Ego autem & nihil curare mortem homines fateor. & esse quam idem dicit incurie causam non nego. sed eam ipsam falsam esse concedo. Nam quid falsius: quam longe ualde mortem credere quæ ne unquam longe sit uitæ breuitas facit: ut semper impendeat: supraquæ caput sit? facit humanorum casuum mira uis: ineluctabilis euentus: infinita uaritas. Nihil ergo homines mortem curant. Non quia est: sed quia creditur longinqua. si enim scirent quam prope est (quod necessario scirent nisi ultro oculos auerterent) puto uel timere mortem inciperent uel ita se uirtutibus armarent: ut eam ceu melioris uitæ principium merito non timerent. Nunc uero quem inuenies qui non uirtute abiecta longe uitæ spem arripiat? Quæ ut non fallat: & ut sit uita longissima: breuis erit: & in finē uitæ spes uiuendi: quāuis rata quævis nihil mētita fefellerit. Quem inquam mihi repeteres qui nō coetaneis suis se superuicturum speret? Ita cogitatus nostrōs actusque disponimus: quasi nullus noster: omnium heredes futuri simus. Cum interim nostra suos expectatores habeat hereditas. & haud dubie falli alterutros sit necesse. Eripiamus nos huic ludibrio & si ratio non mouet: moueant nos exempla: quæ undiq; uel inolentibus oculis se offerunt. & uel exclusa se ingerunt. uel admissa præcor diis insident. nec facile nisi contemptu impio & obliuione mortifera differuntur. Delectat scire quid simus. & quo imus: quis cunctantes tergiuersantesque manet exitus. Intueamur alios. Non linceis oculis est opus. Aut illius acie qui a lilibeti specula digredientem portu Carthaginis classem punicam numerabat. Iuxta respicere iubeo uicina Ostia: contiguas domos: urbes ipsas quas incolimus: nimis uagos. Ad proprios lares ac limina redeamus. uidebimus quam repente. uelut somnium ac umbra præterit: atq; ab oculis nostris euauit: quicquid in terris carius habebamus. Amici qui pro nostra uita ituri ad mortem: si res posceret uidebantur mestam nobis & nimis solitariam morte sua uitam effecerunt. Non illi nos hic perpetuos reliquere: sed eodem properantes præuenire: & sorte sua in tempore usi sunt: utemur nostra nos. nam (ut ait Flaccus) oēs eodem cogimur: oium uersatur urna: serius: ocius fors exitura: exiuit

EPISTOLARVM

ocius fors illorum exibit nostra serius sed confestim. Nulla mora est: q̄ntulū enī refert senēx an iuuenis moriare? si ad finē uitæ respicis: q̄ ul tima & cōis oīum est senectus: uerū ē illud. Nemo nō senex moritur. si ad uitæ spatiū nemo nō iuuenis. si ad opiniōes. nēo nō puer. Verē ista prætereo. tam multa enim occursant: ut uix propositum sequi possim. Piget & impeditior gemitu stringere numeris quos affectus intimos: q̄ dulcia pignora mestus ac pestilens & ex omni sacerdorum serie eradendus nobis annus hic abstulit. pauci fateor ex omni grege hominum pauci admodum superestis cum quibus & uiuere eligam & mori. Nō q̄ ego plures alios ab hac acie secludam: nisi quos a nobis uel coniugium: uel occupatio uel ætas uel difficultates aliæ disiungūt amariq̄ iubent e longiquo. Neq̄ uero nunc de superioribus agitur quoq̄ beni uolentia fortasse aliqua conuersatio nulla ē. obstat enim mutuo conui etui disparitas fortunarum & amicitiarum uirtus insolentia. dum uile scere metuētes adorati exp̄tunt non amari. Nos uero quid ipedit quo minus has uitæ reliquias quātulecunq; sunt simul in pace animi bona rumq; artium studiis transfigamus? & si infreto uiximus (ut ait Sene ca) moriamur in portu. An quod uni quondam domino obsequentes fecimus id nobis uiuentes non audebimus? plusq; in nobis potuit ser uitutis studium quam libertatis amor potuerit? Et si enim nobis eaſer uitus libertate qualibet gratior foret: quod illius uiri optimi & in eo sta tu minime insolentis affectio: merebatur tamen esse sub altero: parere alteri: alieno uiuere: uideti possunt seruitutis honestioris. Vere autē libertatis utiq; non sunt. En inuisa licet contigit libertas: aliquantoq; citius quam optauimus nostri sumus. Et animos quidem nosse omnium uideor: an fallor? impedimenta rerum fors omnia non nouit & si mihi nihil in uobis occultum rear: Non sumus principes maris & terræ (ut Aristoteles ait) nec oportet ad beatam uitam. habemus autē qđ sufficere possit animis modestis: seq̄ componentibus ad naturam. q̄ si singulis sat est: quid omnibus euenturum suspicemur ubi uicissim alter alteri manum dabit: & quicquid necessitatis iciderit alterna ope sup plebitur? Abundabimus mihi crede: magisq; forsā inuidia nobis: quā inopia metuenda est. Quid igitur expectamus? quid mari & montibus fluminibusq; distrahimur? cur nō tandem domus una cōiungit quos olim iunxit unitas uoluntatum? nisi quia noua quælibet & insueta refugimus: multaq; pollicitam spem dimittere: uocātemq; nos altius futuram non audire: stultum credimus. cum multo sit stultius contemptis rebus certis ac solidis: in umbris inanibus spem habere. Ego quidem non conscientiæ meeæ solū sed præsentis epistolæ testimonio in uos culpam omnem retrorquæo: quicunq; fueritis ad salubrē consiliū tardiores. Quin huc solutis seu præfectis occupationum laqueis festi-

nate? neq; mihi detur arrogantiæ quod trahere uidear non sequi: ad utrilibet exequo paratus est aius. Si quis usquam uitæ nostræ locus est aptior raptim adero: non sum eni qui fidele cōsiliū spernere soleam. Nulli credo mortaliū maior ē uel fides uel auctoritas amicor. Sin hic uestro iudicio' prelatus est (quod nostre fatentur littere) quid uos nūc etiā tenet? Nolite cupiditati aurē dare: nūqua dictura est sufficit: semp nescio quid deerit. habet hoc auaritia propriū: ac pessimū. insatiab̄ his est. & dū promittit absentia presentibus uti uetat hæc habēdi sitis: nū quā plura querendo: sed pauciora cōcupiscēdo sedabitur. crede non mihi sed philosophis: quo r̄ hæc ad tieras diuitias uia ē. Quod ad me attinet cupiditatibus metā fixi. & oraculi loco poeticū illud accipiens Séper auarus eget. ne ipse quoq; semp egeā quod sequitur feci: certū uoto finē pétii: eūq; iam pridē licet reflātibus fortunæ uentis attigi. Nec uerebor: ne mihi segnitiē meus heres obiciat. mihi uiuo non sibi: & regr̄ meaḡ cū amicis dominus nō negotior̄ eius qui nondū cer te mihi noscitur sum gestor: pro me autē: quid mihi tantopere laborā dū? Expedit expeditū eē ipedito itinere gradientē. Quid nūc etiā iutiles & funestas sarcinulas cogitamus? eleganter ait flaccus. Spatio bre ui spē lōgā reseces. id ne autē de breui aliqua uitæ particula dictum putes & non de tota uita alio loco ait idem. Vitæ summa breuis spē nos uetat inchoare longam. Ita est: non fallitur. Nihil est uerius. & si enim uitæ huius angustias quo possumus modo ætatū scilicet: ope rosa distinctione laxemus: & in quātaslibet minutias diuidamus. Reduc tamē in unā cūcta cōgeriē: & curiosius scissa redintegrās a primo ad ultimū quāuis longissime uitæ diē totū simul mente complectere Fateberis sūmam huius rapidissimi téporis esse breuissimā. huius ipsius si retro circūq; respicimus: bōa pars nobis exacta ē. Colligamus nos igitur ad extrema uia: (qdq; non abigitur) duriora abiectisq; superuacuis: necessaria teneamus. Quid procrastinamus? quid differimus? dies diem: mensis mensē sequitur: Atq; in se sua per uestigia uol uituit annus (ut preclare ait maro) definēdoq; reincipit: & nūquam sic definit ut quiescat. Quis igitur expectandi modus? aut quis finis? Canos iam comites senectutis & nuntios mortis aspeximus: quid amplius prestolamur? An ut oculi senio caligent? tremant poplites? terga curuentur? primū quis mathematicus tam longe nobis sponsor est uitæ? Esto sit petosiris. sit neclepso. sit nigidius ex nostris. Sit ueritas de mū ipsa. Quanta tamen amentia est: quod iustis in spatiis: & ex commodo fieri potest: inter angustias differre? presertim: quia ut uini & olei: sic temporis & uitæ fex in fundo iacet: ad illam te cum superiora neglexeris reseruare ridiculum. Votum solet esse uiatoribus ante noctem hospitari. Accingamur obsecro: & post multos itinerum labo-

Sic Salu-
stius sēp ī
finita atq;
isatiabilis
ē neq; co-
pia neq; ī
opia miui-
tur.

EPISTOLARVM

ies: illi nōs ætemo tandem hospitio præparemus. In hoc uobis
luce mihi cariores fratres. si quid in me opis aut consilii est: si quid ob-
lestantis aut gratiæ ex me sperari potest: si qd subsidii ex his rebus q̄s
impropriæ meas dicunt: cum fortunæ sint. deniq; me iſum (quod sine
arrogantia possum) libellos atq; hortulos meos offero: & si qd ē aliud.

Sunt autem non pauca: quorum indiget inops hæc & mortalis uita
quæ nominatim stilo inseri decor'uetat. Ad extremum tūt in uota præ-
cesq; desitiam. Inspiret utinam nobis consolator spiritus in hoc saltē
conspirare: ut dum spiramus adhuc: ad requiem aspiremus: & qui tota
die suspirauimus respiremus ad uesperam. Vale.

Frāscus Petrarcha. Olimpo Salutem Plurimam Dicit. Iterum pro-
ponit illi solitudinē: ad quam capessendā apud Sorgie fontē hortatur

Am superiori epistolæ annulum impræsseram: dum ecce nō
dum satiato animo quædam uenturi dulcedo temporis:
id oīt quām mente & cogitatione præoccupo fatigatum mihi re-
stituit calatum: & cunctante nuntio ne occasionem per-
derem: sed ultro moræ causas exquirerem admonuit. Iuuat enim diu
colloqui: iuuat lateri tuo quos ipse experior stimulos incutere. Si oēs
igitur beatam quærimus uitam: neq; abhoc fine ulla usquam mortali
um secta dissentit: quamquam quibus ad illam tramib; peruenitur
multum soleat humana curiositas altercari. Si inquam nobis est illa:
quam licet perdimus: Nec perdere possimus si uelimus: nec perdere si
possimus uelle possimus: ipsa cum anima foelicitatis inseperabiliter
ad iuncta cupiditas. si foelicitatē ipsam scimus sine amicorum solatio
plena hic non posse cōtingere: quid gaudiis nostris obstamus? quid
ue omnium bonum impedit tarditas singulorum? uenit equidem ad
nos ut (ait seneca) ex his quos amamus: etiam absētibus gaudium. sed
id lcue & euānidū: cōspectus & p̄sentia & cōuersatio habent aliqd uiuæ
uoluptatis. Ea ergo quam primum nobis arripienda est. Et enim si ob-
scenæ uoluptatis philosophorum aliqui adeo appetētes fuerūt: ut ibi
sumnam boni ponerent: & illam humanorum actuum dominam sta-
tuentes: ipsius quoq; uitutis sibi tribuerent famulatum: quis erit tam
ferrei pectoris qui honeste uoluptatis nō capiatur illecebris? quam uir-
utis comes amicitia p̄stare pōt. Nā q̄ oro te uita foelicio: aut letior: q̄
cum illis degere: cū q̄bus te pfectus amor & mutua caritas unū fecerint
indissolubili quodam nodo: consensu unanimi rerum omnium adhi-
bito? Cum quibus tibi nil dissonū: nil occultum: sed cōcordes animi:
serenæ frumentis: sermo uerax & inelaboratus: apertimq; etiam cogita-

tus .Hæc si nobis uita contigerit: nil amplius optabo : & sicubi fenera
torem aut heredipetam alieno tumidū uidebo: nullā mihi mouebit in
uidiam me quideni extimatore pauperrimus. licet (ut Satiricus ait) pos
siveat quantū rapuit nero: montibus aurū exequet: nec amet quēquam
nec ametur ab ullo . Vbi sane unū in locum conuenerimus. quid enim
& uenturo prohibet gaudere? si quidem hoc meū habitaculum ap
probare uidemini. nec immerito . Et enim & si non quale habet apud
Vergilium rex latinus Augustum ingens : centum sublime columnis
at certe iocundum: solitarium: salubre : & profecto paucorum tam be
ne concordium hospitum late capax . Si quidē ergo uos huc fatā cōtra
xerit: iaciemus anchorā: portū iuenisse uidebimur: & si forsan ad quie
tis nostræ famam confluentium amicorum turba succreuerit: non de
erit urbe media domus augustior: quam sub hac spe uacuam sīno. ego
enī: partem eius exiguā non implerem: cum omni familia quæ mihi
solitudinis auido: turba ingēs est. Ne ue tibi his uerbis iniectas com
pedes: teq; uni domicilio ascriptum putes. erit nobis hinc bōnonia stu
diorum nutrix: in qua primum adolescētiæ tempus expēdimus: & dul
ce erit mutatis iam non solum animis sed capillis antiqua reuise: &
firmiore iudicio ciuitatis illius : simulq; nostro & animorum habitum
& ex collatione tpr; quantulum uiuēdo . pcesserimus cōtéplari: erit in
de pado īminēs placenta : & Antōini tui uenerabilis dōus: cui tu p̄fir
des: mediocritatem loci non aspermatus multis opulentioribus negle
ctis. quoniā (ut dicere solebas): uicinitatem meā in prouentibus nume
rasti. illic tu omnium hospes eris. occurrit si paulo longius profici
libeat. Hinc Mediolanum: illinc ianua. Illa terrestrium: hæc maritima &
decus urbiū . Ille tractus lacus habet : & fluiuos: hic equor undisonum:
tumidū ueliuolū . Illic lariū uidebimus uberē lacū: cui cumū adiacet.
Vnde ardua amnis egredi tur. uidebimus uerbanū: qui lacus maior ab
incolis dicitur: quem tycinus intersecat. Videbimus unde ollius pdit.
Nec procul inde Benacum unde mintius erumpit . uulgo lacus notissi
mos: doctis etiā īcognita noia: uidebimus ipēdētes lacubus alpes: aeri
as ac niuosas: æstate gratissimum spectaculū. & siluas astra tāgētes: atq;
inter cōcaua rupium: quærulos riuos sumisq; de montibus magno cū
sonitu cadentia flumina : & quocunq; te uerteris: auium murmur ac
funtium . In hoc autem tractu altero Apenninus supra uerticem erit
mare sub pedibus . Tritones in oculis : & pelagi monstra: Neptumniq;
fragor in auribus : & saxorum fletus: & Nereidum quærelæ. Ibimus
per eos quibus ultra quam credi possit oblector thirreni sinus equo
ris uacui mordaciū: atq; pūgentiū cura: & optatū semp ociū: qđ nobi
le illud amico & par Scipio ac Lælius post labores bellicos: i Caiete oli
Nos in ianuae litoribus: post labores p̄verios sortiemur. Si quando au

EPISTOLARVM:

tem hac terra & parte pleni erimus. Alia nobis pataui nec minus trati-
quilla:nec minus idonea sedes est. Vbi non ultima portio bonorum
fuerit:talis illius uiri meruisse coniustum:sub quo ciuitas illa nunc mul-
torum serie labo & fessa respirat . Ipsum honoris causa nomino Iaco-
bum carriariensem:que amare & colere in animu ut inducas uelim.
Nam cum omni aetate uirtus amabilis fuerit: nostra eo amabilius: quo
rario. Eritque nobis ad latus oium quod ego uideri:& uidi cunctas fere qui
bus europae regio superbit:miraculosissima Venetiae ciuitas eiusque
dux illustris honoris quoque causa nominaudus: Andreas non minus
bonarum artium studiis: quam tanti magistratus insignibus uir clarus.
Erit & taruisi fontibus fluminibusque circumfluum domus empori-
umque letitiae. Ita quoties identitas : tediis mater offederit. Aderit opti-
ma fastidii medicina uarietas .& quicquid molestiae obrepserit :alter
no colloquio:& locorum talium mutatione purgabitur. Vides non
dubito:quibus te armis aggredior:quibus artibus urgeo. Ut uirilibus
monitis:blanditias muliebres misceo.omnia facio ut persuadeam:qua
fideliter:ipse mihi sum testis:quam efficaciter exitus arguet. Quod in
me erat prestitisse uideor:poteram forte si uellem hoc ipsum comptius
eloqui:sed affectus immodicus saepè facundiæ officit.dixi ut cumque quod
in aio erat:dixi quod intelligeres atque utinam quod probares. Noli quod
so qualiter:sed quid dicam extimare:melius consulit balbutiens amici
cus quam disertus hostis .Nescio finem inuenire & sentio me animi ca-
lore longius quam destinaram processisse:unum hoc identidem:quod
sine hortatu meo:tibi in animo esse perpendi:inculcare non desinam. Co-
ueniamus oro impigre in hunc locum omnes:si locus hic oibus pla-
cer. Alioquin e toto orbe terra & (nullum enim mundi latus: nullam bar-
bariem recuso) eligite qui uobis placeat locum. Ego affectus meos ex
uo:uestros induo:modo simul esse liceat bene erit. Eligite ubi quod
restat pacifice uiuamus : ubi equanimiter moriamur. Tu interim cura-
ne sanum consilium corrumpat mora. Vale.

Frāciscus.Pet·Bartholomeo heremitico religioso.S.P.D.Carmi-
na quæ ipse petierat se mittere significat.

Vobis professionem tuam decuit:ex Augustini dictis:uolu-
men ingens per alphabeti litteras collegisti:rem maioris o-
peris quam gloriæ. In quo ipso animu tuum miror:qui stu-
dio utilitatis publice maiora(nisi fallor) ausurum ingeniu
inclinasti cuius ut notiuus exitus sic prosper euentus sicut decuit fu-
it. Siquidem cum ob eam causam clementi Romano pontifici:litte-

ratisimo:sed occupatissimo hoī:atq; ob id talium cōpendiorū atidif
simo placuisse:patriæ pōtis factus:& altiora sperare iussus:quā
uis ut est aī modestia:& religionis humilitas:natalis soli iuncta dul-
cedini nescio an nihil non dico altius:sed gratius inter hæc regre pre-
tereuntiū fastigia sperare queas:& de labore in labore missus :quod
de Augustino fecisti:de Ambrosio facere iuberis .parebis iam .cepisti
enim & perficies spero:pari utinā facilitate & foelicitate .Parebis in-
quam(sī te noui)nō ut altior sias: sed ut gratior.& si enim sorte tua
letum te altioris status cupido non tangeret:equum tamen animum
decet tam se gratum prebere ultro oblatis:quā optatis petitisq;.Ni-
hil enim eque in omni munere librandum :ac donantis intentio .Sed
ad Augustinum tuum redeo & ad te.petiisti equidem ut in fine illius
magni operis quod sudore tuo de illius opulentissimi patris famili-
as:lapidibus & calce compactum pontifici presenti: sed multo maxi-
me posteris preparasti: aliquot tibi uersiculos subscribendos mittere.
parui & ipse tibi:cui nil negare uolens:& quāuis iam dudū musis indi-
gnantibus:longeq; aliis curis exercentibus animum ab eo studio di-
stractū reuocarunt preces tuæ.Mitto igitur paucos ælegos :eiisdēq;
sententiae totidem si malis exametros .Vtere uel utrisq;:uel utrisli-
bet.Vtrosq; raptim & ex temporali impetu dictatos noueris nuntio
tuo mecum sillabas metiente. ita ut nulla tam breuis fuerit:quæ sibi
non longissima uideretur. Vale.

Franciscus Petrarcha Socrati suo.S.P.D.Quod pestilens annus
& coniuctos & amicos eripuerit conqueritur.

I frater :mi frater:mi frater : Nouū epistolæ principium.im
mo antiquum:& ante mille fere quadringentos annos a
Marco Tullio usurpatum .Heu mihi frater amantissime:
quid dicam? Vnde ordiar? quonam uertar? undiq; dolor.
terror undiq;.In me uno uideas quod de tanta urbe apud Vergilium
legisti.Nam crudelis ubiq; luctus ubiq; pauor:& plurima mortis ima-
go .Vtinam frater aut nunquā natus aut prius extinctus forem.quod
si nunc optare cogor quid dicturum putas si ad extremam senectutē
uenero? ad quā o utinam nō uenirē:sed ueniā timeo nō ut diutius ui-
uam:sed ut diu moriar.Nosco & enī satū meū:& sensim intelligo ad
quid in hanc erūnosam & infelicem uitā sim projectus .Heu mi fra-
ter optime piget ex intimis ac miseret me mei .Quid enim dicēt qui
hæc audient? Tu qui solamē auxiliūq; aliis latus uidebare: qui de te
nobis nil mediocre promferas:qui maloꝝ usu obduxisse iā callū ad

uersus oēs fortunæ tribulos: oēmque duritiē. seu māgis in silicē obri
guisse debueras: ecce quā molliter sarcinas tuas fers: ecce quā crebris
eiulatibus aures nostras percutis. Vbi nunc maxime professioni tuæ
debita celsitudo aī? ubi uerba magnifica? quæ si ad ingenii laudem
non ad uitæ consiliū referātur: quid nisi sonitus inanis: & curiosaq; de
linimenta sunt auriū? prestolabamur ex te carmē heroicū: elegos legi
mus: historias uiro & illustriū sperabamus: unam cernimus proprii do
loris historiā: quas putabamus epistolas: sunt lamenta. ubi artificiosas
iuncturas uerborum noua incude percusso & dulciter intermicātes
colores rhetoricos querebamus: nil nisi dolentis interiectiones: atque
indignati accentus: & lituras aspicimus lachrimaq;. Et quis erit mo
dus aut quis finis? Si oīum fata mortalium deplorare uolueris: unum
tibi pectus & una lingua non sufficit: ingens miser molestūque nego
tiū suscepisti: superuacuū inexplebile: alio de fonte petendā fūt lachri
mæ: semp nempe recētibus: aſſidueque nascētibus dolo & causis: duo
fessi iāq; exhausti: & arentes oculi: paq; mesti humoris infuderit. Quid
agis igitur tui oblite? & propria nō contente miseria ac morbo? i quē
sciens uolensq; incideris niſi amicis insuper uenenū porrigas pollici
tus medicinā? Quin potius uel fle solus: uel disce mortalis equo aī
mo ferre mortalia: teq; non solū neq; cū amicis solis: sed cum oībus
rapi uidens iā tandem inutilibus querimoniis modum pone. Erit aliq;
indignantior natura: qui moestos apices perosus abiiciat aut concul
cet cum irrisione mordaci. Abi inquiet in malum sydus: an si tu mulie
briter uictus es nos saltē uitos esse non sines?

Cuncta presentio

Quid ui- nilq; me hoꝝ frater fallit. Scio uiri esse primū quidē dolorē propelle
ro forti in re: proximū extinguerē: tertium moderari: ultimum abscondere. Sed
doloribus quid agā? moriar: niſi dolorē in fletum ac uerba pfudero. Illud me
sit agēdū solatur: q; quicquid scripsero: molle quāuis ac friuolum: cum ad tuas
uenerit nō ad alienas peruenisse: sed ad proprias manus meas rediſſe
uidebitur. quāobrē nō magis erubescā: dū hæc ate legentur: quā dum
a me scribebentur erubui. Nec me tamē erubuisse negaueri: sensi enim
aīum ac stilum excusso ratōnis freno: extra destinatum iter affectibus
iuncto trahi: quo nil molestius pati possum id pudori meo grauius i
sultat: q; iam annus integer iamq; alterius bona pars abit ex quo ni
hil uiro dignū nō dicā facere: sed ne loqui quidē cōtigit tonante un
dicq; ac fulmināte ferociter fortuna. **Qua** i re benigno sub iudice for
san excuser si ad examē uenerit: illud quoq; nō leue aliquid sed mille
simū trecentesimū quadragesimum octauum: sāxtæ ætatis annum eē
quem lugeo: qui nō solum nos amicis: sed mundū oēm gētibus spo
liauit. Cui si quid defuit: sequēs ecce annus illius reliquias demetit: &

quicquid illi procellæ superfuerat: mortisera falce persequitur. Quan
do hoc posteritas credet: fuisse tempus sine coeli aut telluris incendio:
sine bellis: aut alia clade uisibili: quo non hæc pars aut illa terrarū sed
uniuersus fere orbis: sine habitatore remanserit: quando unquam tale
aliquid uisum: aut sando auditum: quibus hoc unquam annalibus lec
tum est: uacuas domos: derelictas urbes: squallida rura: arua cadaue
ribus angusta: horrendam uastamq; toto orbe solitudinem? Consule
hystoricos: silēt. Interroga phisicos: obstupescunt. quere a philosophis
humeros contrahunt: frumenta rugant: & digitulo labris impræsso silē
tium iubēt. Credes ista posteritas: cum ipsi qui uidimus uix credamus
somnia credituri: nisi expperrecti: apertis hæc oculis cerneremus: & lu
strata urbe funeribus suis plena domum reuersi exoptatis pignoribus
vacuam illam repperiētes sciremus utiq; uera eē quæ gemimus. O foe
licem populum pronepotū: qui has miseras non agnouit & fortassis
testimonium nostrum inter fabulas numerabit. Meremur hæc quidē
& grauiora non infiōr: sed & maiores nostri meriti sunt. atq; utinam
non & posteri mererentur. Quid est ergo iudicū iustissime: quid est
q; insigniter adeo in nostrum tempus ultionis tuæ seruor icubuit: qd
est q; cum culpæ non desint: desunt exempla supplicii? cum omnibus
peccauimus: flagellamur soli? soli inquam: audeo enim affirmare: q; si
omnium sæculorum flagella post archam illam famosissimam reli
quias mortalium īformi pelago circumferentem cum præsentibus ex
timentur delitiæ fuerint: & ludus & requies. Neq; enim cū his malis cō
ferti decet bella quantalibet in quibus & remediorum multa sunt ge
nera & (quod ultimum est) uiris saltem fortiter mori licet. Est aut̄ sola
men mortis eximium behe mori. Hic remedii nihil prorsus nihilq; fo
latii est: cumuloq; cladis additū: mali causas principiumq; nescire. Nā
nec ignorantia nec ipsa quidem pestis odiosior nugis ac fabulis quo
rūdam hominum qui professi omnia: sciunt nihil: quorum tamen ora
licet assuefacta mendaciis tandem silent: & quæ impudentia primum
ex more laxauerat ad ultimum clausit stupor. Sed ad inquisitionē meā
redeo. An uero sicut lōgū iter agentibus euénit ut alie uiæ pars fatiga
tionē faciat: alia fateatur: sic nobis accidit ut lēitas tua deus humanis
paulatim laſſata criminibus & iugi accessione prægrauata nūc potissi
mū. uicta subsederit. Tuq; nos uestor optime tollerare amplius nō ua
lēs ī terga proieceris: atq; a nobis misericordiæ tuæ oculos iratus auer
teris. qd si est. nō nostro modo sed paternoq; simul criminū poenas
damus: an peiores illis nescio sed certe miseriōres. An illud fortasse ue
rius qd magna quedam igenia suspicata sunt. deum mortalia non cu
rare? Sed absit a mētibus nostris hæc ameniā. Si non curates illa non

EPISTOLARVM:

subsisterent. Nam de his qui nostri curam non deo tribauant sed natu-
ræ: quid sentiendum nobis sit ueritatis tuæ studio deditis? Cum Sene-
ca ingratissimos oïum appellet q̄ mutato noie dissimulēt dei manus:
& cauillando impie superne debitum abnegent maiestatis. Curas pro-
fecto nos & nostra deus, sed aliquid latitantis & ignotæ nobis causæ
est cur ex omnibus sæculis dignissimi uisi sumus qui acerrime plec-
teremur: non iccirco minore iustitia: q̄ occulta est: namq; iudiciorum
tuorum imperscrutabilis: & humanis sensibus: inaccesa profunditas:
uel ergo pessimi omnium uere sumus. quod negare ueli potius: quam
ausim: uel ad futura bona præsentibus malis: exercitatiōes purgatio-
resq; seruamur. Vel omnino aliquid est: quod nec cogitare sufficiimus.
Cæterum quæcumq; sint causæ quātūlibet abditæ: effectus apertissimi
sunt. Sed ut a publicis ad priuatas lachrimas teuertamur. Anni equi-
dem secundi uix dum prima pars acta est ex quo Italiām repetens: te
procul ad suitem Sorgiæ lachrimantem lachrimans dimisi. Non iu-
beo in longum oculos reflectere. Hos pauculos dies numera. & cogi-
ta quid eramus: & quid sumus. Vbi dulces nunc amici? ubi sunt amati
nultus? ubi uerba mulcentia? ubi mitis & iocunda conuersatio? quod
fulmen ista consumpsit? quis terre motus euertit? quæ tēpestas demer-
sit? quæ abissus absorbuit? Stipati eramus. prope iam soli sumus. noſe
amicitiæ contrahende sunt. unde autem siue ad quid humano gepere
pene exticto: & proximo (ut auguror) rerū fine? sumus quid dissimulē?
uere soli. credo id agente deo: ut uita huius illecebribus: impedimentis
q; suauibus spoliati liberius iam ad alteram suspiremus. En quo subita
rerum mutatione peruenimus: ut experiri liceat i nobis: an præclarā
illam Epycuri uocem iure possimus dicere. Satis magnum alter alteri
theatrum sumus: quod ut uere dici possit a nobis quamdiu tamen dici
poterit: aut quis augur statuat quorsum nobis datum sit de huius mu-
tui theatri stabilitate confidere? Alteri secus nutantibus iam columnis
quid enim ego de tua uita certior hæc scribens quam tu hæc perleges
de mea? Nimis caducum simul ac superbum animal est homo. nimis
alte fragilibus super edificat fundamentis. e tanta sodalium turba: ad
quem redacti numerum sumus uides. & ecce dum loquimur ipsi etiam
fugimus: atq; ubre in morē euanescamus: momētoq; t̄pis abiisse alter
alter; accipiet: & ip̄e mox p̄uiū secuturus. Quid ergo sumus frater opti-
me qd sumus? nec desinimus supbire. Suis agoribus cōsternatus Cice-
ro in epistola qdā ad atticū ipsi inquit quid sumus? aut quam diu hæc
curaturi sumus? breuis quidē! sed bōa(ni fallor)q̄stio & salutaris & gra-
uida: atq; utilibus plena sentētiis sub qua multum uere humilitatis: ac
modestiae: multumq; contēptus rerum fugitiua& uigil fossor iueniet,

Quid sumus inquam? quam graui:quam tardo:quam fragili corpore:
 quam ceco:quam turbido:quam inquieto animo? quam uaria:quamq; in
 certa uolubiliq; fortuna? aut quam diu haec curaturi sumus? profecto
 perbreuiter.nempe non aliud sonat:quam si diceret.Ipsi quid sumus?
 & hoc ipsum quam diu futuri sumus. Vtiq; hercle non diu .cum hoc
 idem nostrum esse:ut diuturnum esse non potest sic nunc possit inter
 uerba desinere .neq; si accidat:miri aliquid acciderit. Vtrumq; igitur be
 ne & grauiter queris Marce Tulli.sed quæsto te ubinam tertium reli
 quisti & euentu periculosius:& quæstu dignius? Postquam hic esse
 desierimus:quid futuri sumus? o rem magnam & ambiguam sed ne
 glectam.Vale.

Franciscus Petrurcha Socrati suo Salutem Plurimam Dicit .eiusdē
 pestilentis anni conquæstio.

Vpererat hic mihi paululum de fragmētis anni præteriti.
 s Ante alias uir clarissimus & (si quid mihi credis) magni ani
 mi cōsiliiq; Paganinus Mediolanēsis :q; mihi post plurima
 experimenta uirtutis acceptissimus:nec me modo :sed no
 bis dignissimus uisus erat. Itaq; iam hic mihi Socrates alter esse coepe
 rat:fides familiaritasq; prope eadem (quodq; dulcissimum habet ami
 citia) participatio utiusq; fortunæ: apertisq; animi latebris: fida com
 municatio secretorum. Quantum uero te amabat q̄tū uidere cupiebat
 quē iternis oculis iā uidebat :q̄tū uitæ tuæ sollicitus erat in illo publi
 co naufragio? ut mirarer ipse hominem incognitum sic amari posse.
 Nunquam tristiorum solito me uidit .quin amice trepidus inquireret.
 Quid rei est? quid amicus noster agit. Cum uero bene te ualentem au
 diuisset:metu posito: perfundebatur alacritate mirabili. Et hic qui
 dem (quod sine multis lachrimis non dico)& cum pluribus dicerem:
 nisi præcedētibus malis exhaustos hosce oculos:atq; oēs :si quæ sunt
 lachrimarum reliquias instantibus reseruarem . hic inquam pestilenti
 morbo qui nūc orbem populatur repente correptus ad uesperam:post
 quam coenam cum amicis:& quod occidui temporis restabat :in no
 stro tantum sermone:& amicitiæ rerumq; nostrarum commemoratio
 ne consumperat :noctem illam inter dolores ultimos imperterritō a
 nimo transfigit. Mane autem rapida morte subtractus est. Ac ne quid
 de funesta consuetudine laxaretur:triduo inexpleto:illum filii :omnis
 q; familia consecuti sunt.Ite nunc mortales.æstuate. Anhelate.labora
 te:circumite terras & maria:ut non fecuturas opes:nec mansuram glo
 phæ ad
 riā cumuletis.Somnus est uita quam degimus.& quicquid in ea ge
 ritur somnio simillimum sola mors somnum & somnia discutit. O si genus.
 prius expergisci datum sit.tu uiue & Vale.

Aposto
 te:circumite terras & maria:ut non fecuturas opes:nec mansuram glo
 phæ ad
 riā cumuletis.Somnus est uita quam degimus.& quicquid in ea ge
 ritur somnio simillimum sola mors somnum & somnia discutit. O si genus.
 prius expergisci datum sit.tu uiue & Vale.

Impresso in Urbe Venetiarum operi per Iohannem & Gregorium
de Gregoriis Fratres foelix imponitur finis. Castigatum est autem quae
fieri potuit diligentia a Sebastiano Manilio Romano Ciui: Viro haud
illitterato. Humanae restorationis anno Millefimo.cccc.lxxxii. Idi
bus septembribus: Augustino Barbadico Serenissimo Venetiarum Principe
rempublicam tenente.

REGISTRVM OPERIS.

a
Ælimatissimi
perleges.
ergo uitæ
nossæ

b
uertit humanis
nostroge
lii mei
fremere &

c
quid dicere.
At reuocauit
bus utentem
nam &

d
cipit &
gis extimare
multa patiar
merito te

e
Collis humilior
sunt qui
des intelliges
petuam uictoria

f
Experciscere
cum:ubi
quā q̄ se uino
bonos esse

g
uellem huius
sub pedibus
pia qua
qua frōte

h
us uenissent
hominibus
& ludibria
præxiperet

i
entibus
fert. Multum
sū iter
diē uictis

k
Qui nimiū
diit pars
obsēcro
expectatō

l
rū cōpatiamur
la. solebamus
exercitus
reliquit

m
plaeat
nutibus
tā moesto
re sic uerē


n
cebo si potero
apparatus
tem spernit
sui famā


o
Adolescentulum
bar interpellabat
simulexpediā
sti colloquia


p
nate? neq;
tus. Hæc si
tissimo: sed















Bael 352



FRANCISCI

PET.

EPISTOLE

FAMILIARES

—

1492

1492





